

Hispania, alisque Regnis Europæ, in quibus non est in usu, ut cohabitent simul conjuges diverse fidei, ac Religionis, præferenda est secunda opinio, ac prædicta cohabitatio erit omnino deneganda. Ita idem Salmanticensis d. cap. 4. num. 43.

Ego dicere, pro concordia harum opinionum, standum esse arbitrio Episcopi, in cujus Diocesi reperitur conjux fidelis, cum quo habitare intendit conjux infidelis, spondens, se neque injuriosum in Deum, neque infensum conjugi fidei futurum. Si quidem cum cadat sub arbitrio Judicis, & ab eo decidendum sit, quando Uxor debeat sequi Virum, & quando non? ut demonstrat Menochius de Arbitr. Judic. casu 469. à num. 3. & seqq. Ita Episcopus arbitrari debet, an concedendum sit, ut conjux infidelis, qui non vult converti ad fidem, cohabitare cum conjuge converso; examinando, & reflectendo ad qualitates, mores, promissiones, cautionesve per conjugem infidelem exhibitas; ac alias circumstantias, ex quibus desumi possit spes conversionis infidelis ex cohabitatione; & securitas tum animæ, tum corporis conjugis fidelis cohabitantis. His concurrentibus poterit Episcopus arbitrari juxta primam opinionem: at, his cessantibus, pro secunda.

Tandem concordandæ sunt prædictæ opinioniones dicendo, quod conjux fidelis non tenetur cohabitare cum infidele juxta secundam opinionem; at potest, si velit, cum eodem cohabitare. Ita ex S. Thoma in 4. Sentent. d. dist. 39. q. unic. art. 3. admittunt Salmanticensis, si spes assurgat convertendi infidelem; vel de evitando periculo mortis, aut magna jactura bonorum agatur, ut in dist. capit. 4. num. 43. & ante eos Gonetus d. dist. 5. de Matrim. num. 86.

DECISIO XII. ARGUMENTUM.

Enucleantur alia novem Dubia circa infidelium converterum Matrimonia: & præcipue. An dissolvantur per novas Nuptias infidelis? vel per Professionem Religiosam fidelis? aut per ejus Novitiatum, aut per Ordinationem in Sacris, seu per Pontificiam Dispensationem? Quid agendum, si conversus ad fidem plures habeat Uxores? Eius Filii cujus erunt? Uxor oblatina infidelis, an possit repetere Dotem à converso Marito fidele? Et an filii eorum Legitimam? unâ cum aliis curiosis Quæstis.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium in infidelitate contractum subsistit post Baptismum eorum.
2 Infidelis, cujus conjux est baptizatus, quando possit contrahere alias nuptias?
3 Professio Religiosa conjugis conversi an solvat Matrimonium consummatum ab eo in infidelitate; & num. 5. & 7.
4 Si vinco vincentem te, multo magis vinco te.
5 Coniuge uno presente in Religione, alter non potest novas nuptias inire, si Matrimonium fuerat consummatum.
6 Professio Religiosa equiparatur morti.
7 Infidelis conjux si convertatur, potest repetere conjugem suum, Novitiatum in Religione facientem.
8 Ordinatus in Sacris conjux conversus an possit repeti ab Uxore, si postea & ipsa convertatur.
9 Uxores plures habens infidelis, quam retinere debeat, si convertatur?

- 11 Uxorum pluralitas, seu Polygamia prohibita de Jure divino.
12 Uxore secunda conjugis conversi defuncta, an ipse tenetur ducere primam infidelem, que nux se convertit ad fidem?
13 Infidelium Matrimonium cum ambo baptizantur, an fiat Sacramentum?
14 Infidelium converterum Matrimonia an Pontifex possit dissolvere? Quid sit numer. 15. Quid non num. 16.
17 Infidelium Matrimonia in gradibus prohibiti inire, an toleranda, si convertantur ad fidem?
18 Filii infidelium, si unus conjux convertatur, cui debeant adherere?
19 Ufus rationis in pueris quo anno presumatur?
20 Judæi plures baptizati à Gregorio Cardin. Barbatice Episc. Padue.
21 Uxor infidelis an possit repetere Dotem à conjuge converso? Et an Filii infidelis Legitimam?
22 Uxor infidelis an gaudeat privilegio à Jure concessi pro restitutione Dotium?

Præter quatuor supra resoluta Dubia, remanent alia novem proponenda, & enucleanda, quæ Matrimonia infidelium ad fidem converterum concernunt.

Primum igitur Dubium est: Si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem, Utrum eorum Matrimonium in infidelitate contractum dissolvatur? Et concorditer respondent omnes DD. illud non dissolvi; ea ratione, quia sicut ab initio fuit legitimum, ita post Baptismum remanet validum; adeo ut neque opus sit novo consensu inter ipsos: nam dispensatio ad illud dissolvendum concessa est tantum in eo casu, in quo unus ex conjugibus infidelibus detrectet venire ad fidem; ad hoc ut convertis, primo Matrimonio dissoluto, possit ad secundas Nuptias transire; quando autem ambo convertuntur, non interruptur eorum conjugium, sed firmum, & validum perseverat. Ita Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 73. num. 9. Trullench lib. 7. cap. 4. dub. 4. num. 7. Justus de dispensat. Matrim. lib. 2. c. 15. num. 37. Casfar de Panimoll. in Idea secundæ Juris Consult. 17. num. 1. Et Salmanticensis eod. tract. de Matrim. cap. 4. num. 34.

Secundum Dubium est: An infidelis conjux, qui spreto monitione Conjugis fidelis non vult convertere se ad fidem, possit aliud Matrimonium inire cum alia persona infideli? Respondent Theologi sub hac distinctione: Vel conjux fidelis, transacto termino monitionis factæ suo conjugi infideli, transiit ad secundas Nuptias, seu Professionem fecit in aliqua Religione approbata? & tunc etiam Conjux infidelis potest alii nubere; nam per novas Nuptias, seu Professionem conjugis fidelis solum fuit primum Matrimonium antea initum cum eodem infideli; qui propterea liber remanet à vinculo primi Matrimonii; & ideo tamquam solutus potest contrahere cum quacunque soluta; nulla enim reperitur Lex Divina, aut humana, quæ vetet infideli solum contrahere pro libito aliud Matrimonium. Emin. Card. de Lauræa disp. 16. de Matrim. num. 212. & seqq. Lessius in 3. part. D. Thom. cap. 5. de Matrim. num. 4. num. 96. ubi refutat Dominic. Sotum in 4. dist. 39. art. 4. quest. unic. contrarium decernentem. Vel conjux fidelis nec contraxit secundum, nec Religionem approbatam est professus, & in hoc casu infidelis novum Matrimonium cum altera inire non potest; ea ratione, quia prioris Matrimonii vinculum non est solum. Ita Lessius d. dub. 5. num. 97. ex doctrina S. Thomæ in 4. sentent. dist. 37. qu. 2. art. 4. ad 3. Idem docet Averfa de Matrim. quest. 2. sect. 5. circa casum, & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. à num. 205. ubi inter alias rationes hanc confiderat, quod Privilegium solvendi primum Matrimonium datum

datum est à Christo, favore Fidei, conjugi fidele, non autem infideli; & ideo usus prædicti Privilegii pendet à voluntate conjugis fidelis, non autem ab illa conjugis infidelis.

Septimum Dubium est: An sicut solvitur primum Matrimonium Conjugis infidelis per secundum Matrimonium inire à Conjuge converso, ita solvatur, si ipse Conjux conversus faciat in Religione solemnem Professionem? Circa hoc dubium due sunt opinioniones Doctorum, Affirmativa una; Negativa altera. Affirmant plures, & tenent, primum Matrimonium conjugis infidelis dissolvi, si Conjux fidelis profiteatur in Religione. Ratio est, quia Matrimonium Ratum fidelium est Vinculum fortius, quam Matrimonium consummatum infidelium, tum quia est Sacramentum; tum quia si conjux conversus inerat aliud Matrimonium cum fidele, est ratum, & non consummatum, dissolvit primum Matrimonium infidelis. Sed per Professionem Religiosam dissolvitur Matrimonium ratum inter quoscunque fideles, ut in confesso est apud omnes Catholicos. cap. Ex publico. De Convers. Conjugat. Concil. Trident. sess. 24. de Refor. Matrim. can. 6. & probant Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. art. 13. num. 281. & Salmanticensis d. cap. 4. dub. 3. à num. 53. & seqq. Ergo per eandem Professionem multo magis dissolvitur Matrimonium infidelium, etsi consummatum, juxta regulam, Si vinco vincentem te, multo magis vinco te. I. Si de accessibus. ff. de Divers. ac temporal. Prescription. Et ita tenent S. Bonaventura in 4. dist. 39. art. 2. q. 2. & ibidem Richard. Major, Palacios, & Sotus, Henricus lib. 11. de Matrim. cap. 8. num. 5. Sa in Summ. Verb. Matrimonium n. 8. Vers. Conversus ad fidem. Ledesma, Lopez, Vega, & alii, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 7. disp. 75. num. 9. Quibus adherent Salmanticens. dist. trad. 9. de Matrim. cap. 4. num. 52. Emin. Card. de Lauræa d. disput. 16. num. 205. & num. 312. & Biffus in Hierurgia tom. 1. Verb. Cultus disparitas num. 61. §. 12.

Alii tamen negativam sententiam amplectuntur, docentes non dissolvi Matrimonii Vinculum cum infideli, si eo remanente in infidelitate conjux conversus ingrediatur approbatam Religionem, & in ea solemnem professionem emittat; ea ratione, quia dissoluitur Matrimonium consummatum quo ad vinculum fieri non potest nisi ex Divina concessione. At nullibi invenitur concessum, quod Professione Religiosa dirimat Matrimonium consummatum infidelium: nam esse dirimatur per secundum contractum Matrimonium, id provenit, ex præcisa Christi concessione, ne Conjux conversus cogatur coelibem vitam ducere, vel habitare cum infideli obstantem cum periculo perverisionis, & sic conversio est reddatur onerosa. Cessat autem hoc motivum, & hoc onus, Religione assumpta, in qua ipse conversus sponte eligit vitam coelibem; & sic ex Privilegio dirimendi primum Matrimonium cum infideli ex secundo Matrimonio assumpto non potest inferri, ut illud dirimatur per assumptionem vite Religiosæ. Neque urget Exemplum solutionis Matrimonii Rati inter fideles per Professionem Religiosam; quia est casus diversus, neque militat eadem ratio; siquidem alibi sequeretur, quod ubi ambo conjuges infideles post consummatum Matrimonium converterentur ad fidem, si eorum unus transiret ad Religionem, & in ea solemnem Professionem faceret, alter conjux conversus posset secundas Nuptias inire; quod falsum est, & fieri posse negat ipsemet Sanchez d. lib. 7. disp. 76. num. 3. & 7. Nec multum relevare, ajunt, regulam si vinco vincentem te. Enc. quia habet locum in his, in quibus militat eadem ratio, & quando utrumque constat ex eodem jure; in præsentem autem casum neque currit eadem ratio, neque utraque dissolutio fit ex eodem jure; quia dis-

solutio Matrimonii antiqui consummatum inter infideles, si unus convertatur, & alter nolit converti, fit per novum Matrimonium conversi jure divino per Christum concessio; at dissolutio Matrimonii Rati per Professionem inter fideles fit tantum jure Ecclesiastico. Ita Diana, qui hanc opinionem mordicus tenet part. 9. tract. 7. resol. 47. que jacet in Diana Coordinato tom. 3. tract. 6. resol. 125. & ante Dianam illam defendenter Coninchus de Sacrament. disput. 26. dub. 5. num. 65. Hurtadus de Matrim. disput. 8. Difficul. 14. num. 52. Basilius Pontius eod. tract. lib. 9. cap. 4. num. 10. (verius tamen lib. 7. cap. 48. num. 19.) & Perez disp. 36. sect. 8. num. 2. & alii.

Ex his diversis opinionibus mihi videtur prima affirmativa amplectenda tamquam magis vera; & me movet illa manifesta ratio, quod Professio Religiosa est altera mors; profectusque in Religione est omnino mortuus mundo. cap. Placet. 16. quest. 1. Barbosa in l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. & de Appellat. Verb. App. 157. Bordon de Profes. Regul. cap. 20. num. 15. Salmanticensis d. cap. 4. num. 79. Sicut ergo mors naturalis solvit vinculum præcedentis connubii, juxta id, quod ait Apostolus 1. Cor. 7. 39. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit; quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat tantum in Domino; ita Professio destruit præcedens Matrimonium conversi profectus cum infideli remanente in sua infidelitate. Hæc ratio est deducenda ex doctrina S. Thomæ in 4. dist. 27. quest. 11. art. 3. quest. 2. & in addit. ad 3. part. qu. 61. art. 2. Ex hac opinione sequitur, quod conjux infidelis tamquam solutus à prædicto vinculo potest novas nuptias celebrare, ne dum adhuc fiat infidelis, sed etiam si converteretur postea ad fidem; ut concedit Eminen. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 212. & Justus de dispensat. Matrimonialib. d. lib. 2. c. 15. à num. 40. & seqq. bene ubi advertit, quod si conjux infidelis, & alius obstinatus converteretur ad fidem, priore suo conjuge Novitiatum faciente, & nondum professione emissa, posset illum repetere, ut secum in Matrimonio (quod nondum erat dissolutum) vivat; prout scribit etiam Sanchez de Matrim. d. lib. 7. disp. 76. n. 7. Bonacina de Matrim. quest. 3. punct. 7. num. 10. & Casar de Panimollis in Idea secundæ Jurgis d. Constitut. 17. num. 11. & 13.

Verum tamen est ex mente ferè omnium Doctorum, quod si conjux fidelis conversus suscipiat Ordines sacros, conjuge infideli in sua infidelitate jacente; is postea si convertatur ad fidem, poterit quidem repetere suum conjugem, ut antea ordinatum, sed opus esset Pontificia dispensatione ad exigendum, & reddendum debitum; & ratio repetitionis prædictæ est, quia per susceptionem sacrorum Ordinum non solvitur vinculum præcedentis Matrimonii, Sanchez d. lib. 7. disp. 76. num. 11. Diana Coordin. dist. tom. 2. tract. 6. resol. 125. §. 3. Justus dist. lib. 2. cap. 5. de Matrim. num. 97. ubi hæc verba ponit: Ratio autem cur non æque tale Matrimonium solvatur per Ordines sacros, quam per Professionem in Religione approbata, est; quia susceptio Ordinum non est mors Civilis, sicut Professio Religiosæ: neque ita Matrimonium pugnat cum statu Sacerdotali, sicut cum Monachatu.

Octavum Dubium est: Conversus ad fidem conjux habebat in infidelitate plures Uxores, partim repudiatas, partim successu acceptas. Queritur ex his omnibus quam posse nunc sibi eligere, & habere in Uxorem? Respondent concorditer Doctores, quem habuit primam Uxorem in infidelitate, etsi deinde repudiatam, hanc debet, & tenetur accipere in Uxorem conversus ad fidem; dummodo hæc monita, hortata, & excitata ad fidem Christianam amplectendam, convertatur, & baptizetur. Quod si obstinata persistat in infidelitate, conjux conversus facultatem

cultatem habet ducendi in Uxorem unam ex aliis, sibi magis placitam, si se convertat; vel allam fidelem sibi bene vitam. Sotus in 4. dist. 39. qu. Unio. artic. 3. ad 5. & est doctrina S. Thomae pariter in 4. dist. 39. qu. Unio. artic. 3. ad 4. quam laudat Sanchez d. lib. 7. disp. 73. num. 4. & 5. & commendat Vincentius de Justis d. lib. 2. cap. 15. n. 31. & segg. Ratio responsionis hujus est, quia infideles non contrahunt Matrimonium valide nisi cum prima Uxore, repugnante essentiae Matrimonii pluralitate Uxorum, abique Divina dispensatione, ut demonstrabimus infra super impedimento ligaminis Decif. XXIX. idcirco prima est recipienda post conversionem ad Fidem, quia ipsa prima, sive actualiter in familia conversi, sive antea repudiata existat, est sola vera ejus Uxor; cum repudium nihil valeat apud eodem infideles, tanquam à Christo Domino revocatum; & abolitur quo ad vinculum Matrimonii, cap. Gaudemus, De Divort. Si autem prima Uxor praedicta recuset venire ad fidem, libertatem consequitur Conjugis factus fidelis est Privilegio Christi, monitione in eam completa, assumere pro suo arbitrio quaecumque aliam mulierem, quae fidelis fit, in Uxorem. Salmanticenses dist. 17. q. 9. de Matrim. cap. 4. num. 51. ubi bene, ac notabiliter advertunt, quod si prima Uxor infidelis recuset se convertere; & ejus maritus conversus aliam in Uxorem ducat; quae postea moriente viduus evadat; tunc si prior Uxor obstinata convertatur ad fidem, non potest obligare Maritum Viduum ad eam in Uxorem accipiendam, quia jam per secundum conjugium solutum fuerat vinculum primi. Si tamen velit sponte cum ea novum Matrimonium contrahere, praevisio novo consensu, ac servatis de Jure servandis, libertatem habebit eam ducendi.

Nonum Dubium est: An Matrimonium infidelium, cum ambo baptizantur fiat Sacramentum; & quae gratiam conferat? Circa dubium hoc diximus supra Decif. IV. num. 16. quod tres sunt opiniones. Prima affirmat, solum Baptismi susceptionem, sine alio novo consensu, efficere Matrimonia infidelium verum Sacramentum; ac ratione quia statim ac baptizantur, Matrimonium illud representat unionem Christi cum Ecclesia, & fit indissolubile, ut Matrimonia aliorum Christianorum. Igitur non tanquam simplex contrahitur, sed etiam tanquam Sacramentum. Ita Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 9. num. 5. ubi alios DD. cumulat. Secunda opinio docet, quod tunc primum Matrimonium infidelium rationem Sacramenti assequitur, cum post Baptismum fit ab eis repetitio novi consensus vel verbis, vel signis, etsi non sit opus praesentia Parochi, vel testium. Ita Eminen. Card. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 5. & cap. 15. ac Rebelleus part. 2. lib. 2. qu. 7. num. 2. Tertia opinio asserit, Matrimonium contractum inter infideles non posse fieri verum Sacramentum, etiamsi postea baptizentur, ea ratione quia Matrimonium ut sit Sacramentum, essentialiter debet iniri inter baptizatos, in casu autem proposito iniri fuit inter infideles. Neque valet dicere, quod possunt, dum baptizantur, iterum contrahere renovando consensum, quia contractus ille erit nomine tenus, non verus: Siquidem contractus Matrimonii requirit potestatem in contrahentibus tradendi corpora sua adinvicem. At hac potestas deficit in conjugatis, noviter baptizatis, quia jam traherentur ab initio sibi corpora sua; & non possunt denud tradere alteri id, quod alias tradidisse constat. Ita Basiliius Pontius de Matrim. lib. 1. cap. 9. num. 8. Coninchus, & Vasquez, quos citat, & sequitur, hanc tertiam opinionem amplectens, Diana Coordin. d. tom. 2. tract. 6. resol. 126. desumpta ex Veteri part. 4. tract. 4. resol. 252. in qua tamen S. ult. subdit: Fator tamen cum Conincho creditibile esse, Deum talibus majores dare gratias pra-

venientes ad ferenda incommoda Matrimonii, quam det Infidelibus, non ob Sacramentum Matrimonii; sed quia fideles sunt, quibus ratione Fidei, ac Baptismi divina gratia magis debita, & ubique parata est. Eligat Studiosi Lectores ex his quam inavult opinionem, cum unaquaeque sit probabilis, sed merè speculativa, ac magis concernat pietatem, quam praxim.

Decimum est Dubium: An Matrimonium infidelium ad Fidem conversorum, ante Baptismum per eos consummatum, possit à Summo Pontifice dissolvi ex aliqua justa causa? Diu intra memetipsum reflectendo cogitavi, quae causa reperiri possit iusta, pro tendenda dissolutione conjugii consummati in infidelitate à duobus conjugibus concorditer conversis ad Fidem? Nec imaginari potui, nisi de duobus unum, vel quod Uxor laboret sterilitate, ut referunt lectiones propriae S. Prothocimi die 7. Novembrii, in quibus legitur, pervenisse Sanctum hunc, Divi Petri Apostoli discipulum, ad praedicandam nostram Urbis Patavinam fidem, in qua praesidebat Vitalianus Princeps, cujus Uxor Praepediana laborabat sterilitate; sed utroque Sacro Baptismi lavacro mundatus ab omni liberavit infirmitate; atque ex eis S. Juliana orta est; & ideo quod miraculose obtinuit Vitalianus per merita S. Prothocimi, fugata Praepedignae Uxor sterilitate; obtinere cupiat quivis alius Princeps ab infidelitate recedens, ac Baptismum suscipiens cum Uxore sterili, implorans à Romano Pontifice secum dispensari, ut ea dimissa, alteram pro prole habenda secundam ducat. Quippe sterilitatem Uxoris esse causam sufficientem solvendi Matrimonii rati inter fideles, notant Salmanticenses d. tract. 9. cap. 4. num. 55. de Matrim. Vel quod duo conjuges infideles Christianam fidem amplexi sint in juvenili aetate; quorum unus Monasticam vitam proferri cupiat; alter vero continentem, ac coelibem vitam ducere non valens exoptet Pontificiam dispensationem, qua dissolvatur vinculum Matrimonii ante Baptismum, (non post) consummati ad effectum ut emissa ab uno conjugis Professione Religiosa, alter in saeculo remanens novas nuptias ineat.

Quartum igitur DD. in utroque casu, An Papa petitam dispensationem concedere possit, & Matrimonium in infidelitate consummatum dissolvere? Affirmant multi, quos allegat, & sequitur Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 17. num. 2. Ratio est, quia Matrimonium ratum inter fideles, quod firmius, fortiusque reputatur (tanquam Sacramentum) Matrimonio consummato infidelium, (quod Sacramentum non est,) potest dissolvi à Pontifice ex justa causa, ut ipsi conjuges, vel eorum Unus alias nuptias contrahat, ut probatur ex cap. Ex Publicis; & ibi Gloss. de Convent. Conjugat. & docent Navarrus in Summa cap. 22. num. 21. Jo. Valerus in Differentiis usque fori, Diff. 6. num. 4. Cevall. Q. O. Commun. contra Com. qu. 343. Essentialiter. Card. Tuschus Conclus. 153. num. 1. Litt. M. Barbosa de Jure Eccles. Univ. lib. 1. cap. 7. num. 192. & alii plurimi; quos citat, & sequitur Vincentius de Justis de Dispensat. Matrim. d. lib. 2. cap. 10. n. 15. & Pyrrhus Corradus eod. tract. lib. 8. cap. 7. n. 26. & nos demonstrabimus infra Decif. XIII. Ergo multo magis poterit Papa dispensatione dissolvere Matrimonium in infidelitate consummatum, quod est minus forte, & minus firmum, ex defectu qualitatis Sacramenti, ut in puncto tenet praedictus Vincent. de Justis eod. lib. 2. cap. 10. num. 52. Vericellus de Missio. Apollol. 177. n. 18. Layman lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 2. n. 6. Filliucius tract. 10. cap. 10. n. 38. praeter alios allegatos à Sanchez d. lib. 2. cap. 17. num. 2. & Salmanticenses d. cap. 4. de Matrim. num. 62. Negant vero plurimi, inter quos Coninch. disp. 26. dub. num. 66. Basiliius Pontius lib. 9. cap. 4. n. 15. Diana Coordin. 16

natus d. tom. 2. tract. 6. resol. 125. §. 5. (excerpta è veteri ejus Opere part. 9. tract. 7. resol. 47.) & novissime Emin. Card. de Lauraa d. disp. 16. de Matrim. art. 11. §. 5. per totum, in quo plura facit argumenta pro hac opinione negativa, & varias adducit rationes, inter quas illam praecipuum, quod Matrimonium consummatum etiam inter infideles est insolubile de Jure Divino; ideo dissolvi non potest, nisi dispensatione Divina. Nullibi autem reperitur, post adventum Christi, concessam esse hujusmodi dispensationem, nisi in uno casu tantum, quando scilicet unus conjugum infidelis convertitur ad fidem, & alius non vult converti, ut habitat cum suo Conjuge absque injuria Creatoris, & absque pertractione ad peccatum. Igitur praeter hunc casum, non potest solvi Vinculum Matrimonii consummati ab infidelibus conversis; quia nulla humana potestas potest operari contra Legem Divinam. Nec relevare, ajunt, quod sit solubile Matrimonium ratum, etsi Sacramentum sit, quia non est significativum unionis indissolubilis, quam Christus habet cum Ecclesia per Incarnationem suam, in qua Divinitas, & Humanitas inseparabiliter sunt copulata in persona Christi, cujus Incarnationis mysterium significatur in Matrimonio consummato etiam inter infideles. Quae ex his opinionibus verior sit non est à nobis decidendum; sed à venerabili judicio Apostolicae Sedis expectandum.

Undecimum Dubium est: Duo conjuges infideles convertuntur simul ad fidem, & baptizantur: at eorum conjugium reperitur in initio in gradibus per sacros Canones prohibitis, & cum impedimentis dirimentibus. Dubitatur, An possit continuari in eorum 17 conjugio? Respondent concorditer Theologi, ac Canonistae, eos continuari posse in eorum Matrimonio in quocumque gradu conlanguinatis, seu affinitatis inito, excepto primo gradu; nempè si Matrimonium fuisset contractum inter Patrem, & Filium, vel inter Filium, & Matrem; seu inter Fratrem, ac Sororem. Ita Innoc. III. in cap. de Infidelibus, de Consanguinit. & Affinit. & in cap. Gaudemus, de Divortis; & utrobique Barbosa DD. cumulat, inter quos Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 51. & Reginaldus lib. 31. num. 118. eam allegantes rationem, quia Jure naturali prohibetur esse Matrimonium in primo gradu tam inter ascendentes, & descendentes, quam inter collaterales. Quae ad impedimentum Affinitatis, eo non obstante pariter permittendi sunt stare in Matrimonio inito ante conversionem: at postquam fuerint baptizati, si nova Matrimonia voluerint contrahere, debent cavere ab impedimentis ab Ecclesia introductis, etsi per eos incurris tempore infidelitatis, quia cum facti sint per Baptismum de gremio Ecclesiae, secundum Leges Ecclesiasticas tenentur nubere; & attendere ad impedimenta per Ecclesiam statuta. cap. ult. de Divort. ut latius differit Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 65. & segg. Vinet. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 2. num. 177. & cap. 7. num. 66. qui in casuum contingentia, eo eorum varietatem, erunt particulariter, & in puncto consulendi, prout etiam Ricciell. de Jure Personar. extra grem. Eccles. existent. lib. 2. cap. 4. & 5.

Duodecimum est Dubium. Si duo sint Conjuges infideles habentes filios, & filias: unus autem eorumdem Conjugum convertatur ad fidem, altero remanente obstinato in infidelitate; quid erit agendum de iisdem filiis, ac filiabus? Respondetur cum distinctione. Vel 18 habent usum rationis: Et pendet ab eorum voluntate adherere Parenti fideli converso, vel Parenti infideli. Vel nondum adepti sunt rationis usum; Et sunt consignandi Parenti converso, ac baptizato; ut ab eodem instruantur in Catholica Fide juxta Concilium Toletanum IV. can. 63. Ita Lessius in 3. par. D. Thoma cap. 5. de Sacram. Matrim. dub. 5. in fine,

Quod si quis quaerat in qua aetate Filii infidelium dicantur habere rationis usum, ita ut possint petere, ac recipere Baptismum invitis parentibus? Respondet Glossa in cap. Parvuli aetate profertente, 78. de Consecr. dist. 4. quod expleto saeprenno; quam Glossam laudat Sotus apud supradictum Ricciellum d. lib. 2. 19 cap. 33. num. 3. ubi num. 5. reprobat Natnam, qui in consil. 534. asserbat, puellam Judaeam novem annorum potestatem baptizari, non esse exaudientem ob defectum aetatis; subdit tamen & bene, quod in hujusmodi casibus standum est arbitrio Episcopi, qui debet examinare hujusmodi filios, aut filias, & cognoscere, an habeant plenum usum rationis, ac sciant, quid postulent; adeo ut licet in septimo anno regulariter censentur adepti usum rationis; etiam ante possint ex vivacitate ingenii illum habere, ut probat Narbona de Aetate Ann. 7. qu. 10. Hoc non semel observatum est sub regimine sanctae memoriae Eminentissimi, ac Reverendissimi Gregorii Cardinalis Barbadii Episcopi hujus Urbis Patavinae, & Heri mei dilectissimi; à cujus Heretica pietate, ac liberalitate plures utriusque sexus Judaei ad fidem conversi baptizati, ac regenerati fuerunt in Christo, quorum aliqui vix septem, octavo annorum aetatem excedebant.

Tandem dubitari potest: An Uxor infidelis obstinata possit repetere dotem suam à Conjuge converso? prout etiam, An Filii obstinati in infidelitate possint pretendere Legitimam ab eorum Patre baptizato; & eidem ab intestato morienti succedere? Ad utrumque respondet Affirmative Ricciellus d. lib. 2. cap. 47. ubi alios DD. & tex. cumulat ita asserentes, ob illam rationem, quod Dos Uxoris, Legitima filiorum, & eorum successio in bonis paternis debetur de Jure naturae; quod non perditur ob infidelitatem, in qua natae volunt remanere. Est tamen verum, ut subdit idem Ricciellus d. lib. 2. cap. 48. quod Uxor remanens in infidelitate non gaudet privilegiis, ac prerogativis de Jure Civili concessis in repetitione Dotium, quia praedicta Privilegia, ac prerogativae censentur concessae tantummodo Uxoribus Christianis, ut scribitur Justinus, ac Canonistae in eod. cap. 48. allegati; qui nihilominus concedunt, fieri capaces praedictorum Privilegiorum ipsam Uxorem infidelem quandoquocumque convertatur ad fidem, etiamsi agatur de Dote ei constituta tempore infidelitatis, ut ex Baldo, & aliis ibidem num. 12.

## DECISIO XIII.

## ARGUMENTUM.

Tradita nominis Professionis varia significatione, ac Professionis Religiosae divisione, & definitione, ostenditur, hanc ei inesse virtutem, ut vinculum Matrimonii Rati, nondum consummati, solvere valeat. Referuntur decem Canones Pontificum, & Conciliorum sic affirmantes. Inquiritur, Quo Jure data sit talis potestas Religiosae Professioni? Recensentur tres opiniones diversae; quibus additur quarta, demonstrans hanc potestatem esse ei datam à tribus Juribus, Divino, Natrali, ac Pontificio, non separatis, sed simul junctis. Additur ratio hujus potestatis; & ex ea deducuntur quinque illationes scitu necessariae, pro praedicta solutione Matrimonii Rati per Professionem Religiosam obtinendam.

## SUMMARIUM.

- 1 Professionis nomen plura significat. Et quae?
- 2 Tertiarii an sint veri Religiosi?
- 3 Professionis Religiosae definitio.

- 4 Profefio alia Exprefsa, & alia Tacita, & quot  
modis utraque fieri poffit?
- 5 Formule Profefionis Religiofe funt varie juxta  
confuetudinem Monafteriorum.
- 6 Formula Profefionis approbata à Sede Apoftolica  
fub pena nullitatis efl: neceffario fervanda.
- 7 Profefionis, ut fit valida, conditiones due ex  
Concil. Trid.
- 8 Profefionis tacite conditiones due
- 9 Profefio Religiofa folvitur Vinculum Matrimo-  
nii Rati.
- 10 Canonici id probantes.
- 11 Alexanderi Papæ III. decretum de folutione Ma-  
trimonii Rati.
- 12 Bifidem Papæ aliud confimile.
- 13 Sponfalia fi funt jurata prius funt adimplenda,  
deinde ad Religionem, Matrimonio non confum-  
mato tranfeundum.
- 14 Innocentii Papæ III. decretum de folutione Ma-  
trimonii Rati per Religiofam Profefionem.
- 15 Joannis Papæ XXII. confimile Decretum.
- 16 Concil. Trid. Decretum iadem.
- 17 Apoftolica Seder nunquam erravit.
- 18 Papa in rebus fidei errare non poteft.
- 19 Concilii legitimi, confirmati à Papa, auctoritas  
eft fimilis Evangelio.
- 20 Papa non difpenfat contra Jus Divinum, & nu-  
mer. 31.
- 21 Jus naturale an repugnet, ut Profefio Religiofa  
dirimat Matrimonium Ratum?
- 22 Matrimonii Rati folutio per d. Profefionem an ex  
Jure Pontificio?
- 23 An ex Jure naturali?
- 24 An ex Jure Divino?
- 25 Matrimonium Ratum folvi per Profefionem Reli-  
giofam efl: de fide.
- 26 Chriftus Dominus conceffit, ut per d. Profefionem  
folvatur Matrimonium Ratum.
- 27 Fundamenta duo Varitatis Catholice, Scriptura  
Sacra, & Apoftolica Traditiones.
- 28 Chriftus que locutus fit Apoftolis pofl: Refurrexio-  
nem per dies 40?
- 29 Ecclefa Romana errare non poteft.
- 30 Profefio Religiofa folvit Matrimonium ex tripli-  
ci Jure, Divino, Naturali, & Pontificio ficut  
fumpfit, & num. 34.
- 31 Papa poteft interpretari, & declarare Jus Di-  
vinum.
- 32 Papa quomodo difpenfet Epifcopos, aut Parochos  
à refidentia, que efl: de Jure Divina?
- 33 Papa quomodo concedat Monachos habere proprium,  
& uxorem ducere?
- 35 Profefio Religiofa efl: mors fpiritualis.
- 36 Profefio, ut dirimat Ratum, debet efl: de tribus  
Voti indelinitis.
- 37 Equitum Religioforum Profefio an dirimat Matrimo-  
nium Ratum?
- 38 Tertiariorum Profefio an Ratum Matrimonium  
dirimat?
- 39 Ingressus in Religionem non folvit Ratum, fed  
Profefio.
- 40 Bimembre tranfatto an conjux poffit ingredi Reli-  
gionem?
- 41 Nubens animo ingrediendi poftea Religionem, an  
peccet?
- 42 Profefio tacita an dirimat Matrimonium Ratum?
- 43 Ordo Sacex non dirimat Matrimonium Ratum?
- 44 Jefuite non folvant Matrimonium Ratum.

**D**iximus fupra Decif. X. num. 17. (agendo de  
indifolubilitate Matrimonii) dubios cafibus  
folvi poffe vinculum Matrimonii Rati, non con-  
fummati: videlicet fi Unus ex conjugibus velit in-  
gredi Religionem, & in ea profiteri; vel fi à Ro-  
mano Pontifice impetretur difpenfatio fuper folutio-

ne ejufdem Matrimonii rati ad effectum, ut nec-  
que conjux et aliam juxta, ac urgentem caufam  
poffit alias nuptias inire. De his igitur duobus cafibus  
retiat agendum; & in primis de folutione Matrimo-  
nii Rati per Regularem Profefionem, de qua in  
præfenti, & fequenti Decifione.

Pro exactiori autem intelligentia dicendorum duo  
funt præmittenda, atque notanda. Unum efl: quod  
hoc nomen Profefio plura fignificare folet: figni-  
ficat primò denotat exercitium aliquis artis, feu  
fciendæ; unde Cicero de Orat. 86. ait: *Vis Oratoris,  
profefioque ipfa difcendi hoc fufcipere, ac polliceri  
videtur.* Secundò importat clericatum, & fufceptio-  
nem Ordinum juxta illud in cap. fin. dift. 41. *Clericus  
profefionem fuam efl: habitu, & incefſu probet.*  
Tertiò innuit vii obedientiæ, feu fidelitatis. *Gloffa  
in cap. cum olim. 14. in Verb. ad Jus Profefionis.*  
De Privileg. ubi ita declarat illa verba: *ideft ad Jus  
obediendæ, feu fidelitatis.* Quartò fignificat reveren-  
tiam inferioris erga Superiorem, ut in e. Antiqua 23.  
eod. tit. de Privileg. in quo de Ecclefiæ Patriarchalis  
dicitur: *recipiant pro fe Profefionem Canonici;*  
& *Gloffa explicat: id efl: obedientiam, & reveren-  
tiam.* Quintò infinuat mutationem flatus, dum per-  
fona illum mutat, transfens de uno ad alium, ut  
feribit Baldus in cap. Cum Magiftrum. De Elecl: jux-  
ta quem fenfus Tertiariorum dicuntur facere Profefio-  
nem; licet enim veri Religioſi non fiant, nec vota  
emittant, dicuntur tamen profiteri, id efl: flatum me-  
liorem affumere. *Bordonus Var. refolut. part. 2. ver-  
fol. 75. fub num. 15. Sextò tandem, aliis fignifica-  
tionibus omiffis, Profefio fignificat folemnem emif-  
ſionem trium Votum Paupertatis, Caſtitatis, &  
Obedientiæ in aliqua Religione approbata; & id efl:  
Profefio Religiofa propriiffimè accepta definitur,  
quod fit Promiffio obedientiæ, paupertatis, & caſti-  
tatis. S. Thomas 2. 2. quæſt. 88. art. 7. Sylvester in  
Summ. Verb. Profefio. & Verb. Religio. 3. in prin-  
cipio. Lezana in Summ. eod. Verb. Profefio Regularis, n. 2.  
tom. 4.*

Alterum præmittendum, atque notandum efl: quod  
Profefio Religiofa, per quam prædicta tria vota  
emittuntur, alia efl: exprefſa, & alia efl: tacita. San-  
chez in Decalog. lib. 3. cap. 3. num. 1. *Leffius de  
Juſt. & Jure lib. 2. cap. 41. num. 57. & Lezana d.  
tom. 4. Verb. Profefio Regularis d. num. 2. Profefio  
exprefſa efl: illa, que fit eorum Superiore Religioſi-  
nis, poteſtatem habente recipiendi illam, aut ver-  
bo, aut ſcripto, aut nutibus. Sanchez d. cap. 3. nu-  
mer. 2. quo loci declarat uno ex tribus modis Profefio-  
nem Religiofam exprefſam fieri poffe, videlicet  
verbis, ſcripto, vel nutibus, quia nullibi flatum  
eſt, quod fieri debeat verbis tantum, vel ſcri-  
pto tantum; & quod nutus, per eodem pariter  
emitti poſſe Profefionem probat, exemplo muti,  
qui poteſt per nutus contrahere Matrimonium, ut  
idem Auctor docet de Matrim. lib. 1. diſp. 8. num. 121.  
Azorius Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 4. quæſt. 1. & nos  
diſſerimus fupra Decif. V. numer. 19. in Decal. cap. 3.  
num. 3. nullam eſſe in jure præſcriptam formam,  
juxta cujus verba faciendæ fit Profefio, id eſt: for-  
mulæ variantur fecundum confuetudines Monafterio-  
rum; in quorum pluribus formula Profefionis nihil  
dicit de paupertate, aut de caſtitate, fed tantum  
promittitur obedientia, & converſio morum juxta  
Regulam; & ita profefionem fuam factam omnes  
Moniales Ordines S. Benedicli in hac Civitate Pa-  
dua; & quidem validè; quidem in iſdem verbis  
clauduntur paupertas, & caſtitas, utpote que in Re-  
gula continentur. Azor. d. lib. 12. cap. 4. quæſt. 2.  
Emmanuel Sà in Summ. Verb. Religioſ. n. 18. & alii quot  
citatur, & ſequitur ipſemet Sanchez d. lib. 3. cap. 3.  
num. 3. addens num. 4. quod quævis Religioſis re-  
gula certam profitendi formam præſcribat, non ſunt  
ea ver-*

ea verba ita neceſſaria, ut aliis facta Profefio fit  
irrita; fed quibuscumque aliis emiſſa valebit, jux-  
ta Gloſſ. & Abb. num. 13. in cap. Porcedum.  
6 Verb. Profefio. De Regulari. Niſi Regula à Sede  
Apoſtolica approbata exprimat, Profefionem alia  
forma facta fore nullam.

Porrò ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. de Regular. ca-  
pit. 15. due conditiones neceſſariæ funt, ut Profef-  
ſio ſivè exprefſa, ſivè tacita fit valida; videlicet,  
ut qui vult profiteri, compleverit annum decimum  
7 ſextum ætatis ſuæ, & per annum unum integrum  
poſt ſuſceptum Religioſi habitum ſteterit in pro-  
batione, & fecerit Novitiatum; itaut irrita fit Pro-  
feſſio facta ante expletum integrum Novitiatum an-  
num, & decimum ſextum Profitentis. Navarrus  
conf. 28. numer. 5. de Regular. in edit. 2. Layman  
libr. 4. cap. 5. numer. 1. & ſeqq. Tamburin. de Jure  
Abbat. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 13. num. 10. De Jure  
re verò communi pro validitate Profefionis tacite  
alia due conditiones debent intervenire, per quas  
quis dicitur tacite profiteri, nempe ut dimiſſo ha-  
bitu Novitii poſt annum Novitiatum, induat habi-  
tum proprium Profeforum, illumque publicè deferat  
8 in Monafterio; nec non ut interveniat in actibus  
propriis Profeforum, coram Superiore Religioſi-  
ſis, feu Monafterii, puta ferendo ſuffragium in electio-  
nibus, vel in Inſtrumentis ſtipulandis, & inten-  
dendo hæc agere tamquam Profefum. cap. Ad no-  
ſtram. cap. Vidua. De Regulari. & cap. Conſtitu-  
tionem. eod. tit. in 6. Barboſa, alios DD. cum  
lanis De Jur. Eccl. lib. 1. cap. 42. num. 156. &  
Lezana d. tom. 4. Verb. Profefio Regularis numer. 2.  
& 3. qui num. 4. addit, quod cenſetur etiam tacita  
Profefio facta, ultra prædictas conditiones, quando  
quis completo Novitiatum anno, de licentia Superio-  
ris Monafterii recipit Ordines Sacros ad titulum Re-  
ligioſi; ut reſpondit Sacra Congregatio Epifc. &  
Regular. in una Beneventana 20. Decembris 1619.  
quo refert Barboſa ubi ſupra num. 167.

His ita præmiſſis, ac prænotatis, concors eſt  
Catholicorum doctrina, quod per ſolemne Reli-  
gioſam Profefionem, ſivè exprefſam, ſivè tacitam,  
9 diſſolvitur vinculum Matrimonii Rati, non  
confummati; adeò ut alter conjux remanens in ſæ-  
culo, tamquam ſolutus à prædicto vinculo, poteſt  
ad libitum novas nuptias inire. Ita S. Thomas,  
& Scotus in cap. Verum. 2. de Unic. S. Bonaven-  
tura ibid. diſt. 27. part. 3. quæſt. 2. Idem S. Thomas  
in 3. p. addit. quæſt. 61. art. 2. Emin. Card. Bellarmi-  
nus de Monachis lib. 2. cap. 38. Sanchez de Matrim.  
lib. 2. diſp. 18. cum plurib. diſp. ſeqq. Baſilius  
Pontius eod. trab. lib. 9. cap. 5. Emin. Card. de  
Laurea diſp. 166. art. 13. per tot. Maſtrius alios Sco-  
tiſtas allegans in 4. ſent. diſp. 7. cum. 190. Collegium  
Salmantienſe tradit. 9. de Matrim. cap. 4.  
quæſt. 3. & ex Canonibus Barboſa, qui eos colligit,  
& citat in cap. Verum. 2. de Converſ. Conjugat. &  
ibidem Emmanuel Gonzalez num. 3. & aliis omiffis,  
Tondutus reſol. Canon. part. 1. cap. 116. Probant  
autem hæc doctrinam Auctoritate Canonum, Ratione,  
& exemplo.

Auctoritate Canonum. Primò in cap. Deſponſa-  
tam. 27. q. 2. in quo S. Eufebius Papa, electus  
10 Anno 309. ita loquitur: *Deſponſatam puellam non  
licet parentibus alii viro tradere; licet tamen illi Mo-  
naſterium ſibi eligere.* Refert, & laudat hunc Cano-  
nem Baſilius Pontius de Matrim. lib. 7. c. 1. num. 10.  
Secundò ex cap. Non eſt dubium. 27. q. 2. in quo  
S. Auguſtinus, qui forebat Anno 420. ita fatetur:  
*Non eſt dubium, illam mulierem non pertinere ad  
Matrimonium, cum qua conjunctio ſexus non docetur  
fuiffe.* Quem textum Gratianus intelligit de Ma-  
trimonio rato, non confummato, quod diſſolvitur  
per Religioſam Profefionem. Concordat

Tertiò capit. Cum Societas, ead. 27. quæſt. 2. in quo

S. Leo Papa Primus, qui ad regimen Eccleſiæ uni-  
verſalis aſſumptus fuit Anno 440. ita dicit: *Cum ſo-  
cietas Nuptiarum ita à principio fit inſtituta, ut pro-  
pter conjunctionem ſexuum non habeant in ſe Nuptie  
conjunctioſi Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum; non  
dubium eſt, illam mulierem non pertinere ad Matrimo-  
nium, cum qua docetur non fuiffe Nuptiale mini-  
ſterium.* Innuit autem his verbis differentiam Ma-  
trimonii rati tantum, & Matrimonii confummati;  
quia hujus vinculum eſt inſolubile etiam per Regu-  
larem Profefionem, ob ſignificationem Unionis  
Chriſti cum Eccleſia in Incarnatione, in qua inſe-  
parabiliter unitæ fuerunt Divinitas, & Humanitas.  
Rati autem Matrimonium eſt ſolubile, quia  
in eo non eſt Sacramentum unionis hypoftaticæ  
prædictæ.

Quartò concordat cap. Decreta Legalia d. 27. q. 2.  
in quo S. Gregorius Magnus, qui Papatum obtinuit  
Anno 590. ita diſcretit: *Decreta Legalia deſponſa-  
tam, ſi converti voluerit, nullo omnino cenſetur dam-  
no multari.* Intelligit S. Pontifex de converſione  
à vanitatibus ſæculi ad Religioſam Profefionem,  
per quam nullum damnum intertur à conjugata non  
cognita conjugi ſuo, quia hic poteſt alias nuptias in-  
ire, ſoluto vinculo Matrimonii rati per prædictam  
Profefionem.

Quintò: ſed evidentius ſolutio præfati vinculi  
Matrimonii rati, & non confummati habetur ex  
Alexandro Papa III. qui ad apicem Apoſtolicus  
evehctus fuit Anno 1160. & in Concilio Lateranen-  
ſi, 280. Epifcoporum per eum celebrato Anno 1180.  
part. 5. cap. 1. ita decrevit (& referunt etiam in  
cap. Verum 2. De Converſ. Conjug.) *Videlicet: Ver-  
rum poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum  
eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere Monafte-  
rium (ſicuti Sancti quidam de Nuptiis vocati fue-  
runt) dummodo carnalis conjunctio non interveniat  
inter eos; & alteri remanenti (ſi communis conti-  
nentiam ſervare voluerit) licitum eſt ad ſecunda vota  
tranſire. Quia cum non fuiffent una caro ſimul eſſe-  
nt, fatiſ poteſt unus ad Deum tranſire, & alter  
in ſæculo remanere.*

Sextò idem reſpondit ipſemet Alexander Papa  
III. Epifcopo Brixiendi, qui mulierem conjugatam  
volentem ingredi Monafterium excommunicaverat,  
etiſ ejus Matrimonium eſſet Ratum tantummodo,  
ut adhereret viro ſuo, & ei debitum redderet; 12  
ait enim Alex. III. in cap. Publico. 7. eod. tit.  
de Converſ. Conjugator. Ceterum, quia licet à præ-  
fato viro deſponſata fuerit, adhuc tamen (ſicuti aſ-  
ſeruit) ab ipſo eſt incognita; Mandamus, quatenus ſi  
prædictus Vir ipſam carnaliter non cognoverit, &  
eadem ad Religionem tranſire voluerit; recepta ab  
ea ſufficienti cautione, quod vel ad Religionem tranſi-  
re, vel ad Virum ſuum redire infra duorum Menſium  
ſpatium debeat, ipſam à ſententia, qua tenetur, ab-  
ſolvat; ita quod ſi ad Religionem tranſierit utraque  
reſtituat alteri, quod ab eo noſcitur recepiffe. Et in-  
frà: *Sani quod Dominus in Evangelio dicit, non li-  
cere viro niſi ob cauſam fornicationis uxorem ſuam di-  
mittere; intelligentiam eſt ſecundum interpretationem  
Sacri eloqui de his, quorum Matrimonium carnali  
copula eſt conſummatum, ſine qua conſummati non  
poteſt.*

Septimò confirmatur hæc doctrina ex alio reſpon-  
ſo ipſius Alexandri III. in cap. Comiſſum. 16. de  
Sponſalib. in quo requiſitus, quid agendum, ſi con-  
tractus Sponſalibus de futuro cum juramento, poſt-  
ea Sponſus velit ad Religionem tranſire? ita ſanci-  
vit: *Fraternitati tue taliter reſpondemus, quod nu-  
tus eſt ei, religioſe Juramentum ſortita, prius contra-  
here, & poſtea, ſi elegerit, ad Religionem migrare,  
ſi tamen poſt deſponſationem copula non dignoſcitur in-  
terveniffe carnaliſ.*

Octavo nec diſſimilis eſt reſponſo Innocentii Pa-  
pæ

præ III. (qui Pontificatum adeptus fuit Anno 1198.) ad Archiepiscopum Lugdunensem, à quo fuerat ei propositum, quod quidam Maritus petebat suam uxorem, etsi in Religionem professam, ac velatum: nam hæc eisdem Pontificis fuit sententia, relata in 14. cap. Ex parte 14. De Conuers. Coniugat. Nos nolentes à Prædecessor nostro vestigiis declinare, qui responderet consulti, antequam Matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, reliquis esse tunc legitima poterit alteri copulari: Hoc ipsum Tibi consulumus observandum in articulo prænotato esse.

Nono probatur ex Extravag. Antiquæ. De Voto, in qua cum Papa Joannes XXIII. dixisset, Votum castitatis in Ordine Sacro emissum non dirimere Matrimonium Ratum, subdit: Nisi aliquam de Religiosis approbati: (quarum Professio ad Castitatis custodiam, & abdicacionem temporalium, & sui superioris obedientiam suas Professores adstringat) ipsum canonice contigerit ingredi, ac ejus Regulam exprèsse, vel tacite proficere.

Decimo tandem probatur auctoritate Concilii Tridentini, sess. 24. de Doctr. Sacram. Matrim. can. 6. in quo sic fuit definitum: Si quis dixerit Matrimonium Ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum non dirimi: Anathema sit. Quibus attentis Auctoritatibus Pontificis, ac Conciliaribus certum redditur, & infallibile, quod solemnis Professio in Religione solvit vinculum Matrimonii Rati, non consummati, si vè emittatur à Marito, sive ab Uxore; adeo ut conjux remanens in fœdulo possit aliud Matrimonium inire, siquidem sic est decium per Romanos Pontifices, & Apostolicam Sedem, in qua extra maculam semper est Catholica servata Religio, cap. in Sede. 24. q. 1. & quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur. cap. A rēta. ead. caus. 24. q. 1. Et Papæ decreta servanda sunt ita, ac si à Sancto Petro essent facta, ea irrefragabili ratione, quia Papa non potest errare in docendo res fidei. cap. Sic omnes.

18. cap. Si Romanorum. cap. Nulli fas sit. dist. 19. & cap. Si decreta. dist. 20. & quando emergit aliqua controversia circa causas fidei, vel Sacramentorum, standum est decisioni Summi Pontificis. cap. Quoties. cap. Hæc est fides, & cap. Rogamus. 24. q. 1. ac Papæ dictum, est testimonium omni fide dignum, ut plene demonstrat Emin. Card. de Laurea de Sacram. Ord. dist. 7. num. 168. & 169. Et idem de solutione vinculi in Matrimonio Rato per Religionis Professionem definitum est in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. relato in citat. cap. Verum. 2. de Conuers. Coniugat. nec non in Concilio Tridentino d. sess. 24. de Matrim. can. 6. est autem extra omnem controversiam apud Catholicos, quod auctoritas Concilii Generalis, si legitimum, & confirmatum sit à Papa, est velut auctoritas Evangelii. cap. Sicut Evangelii. dist. 15.

Porrò interrogabit aliquis: A quo jure data est Professio Religiose hæc facultas solvendi vinculum Matrimonii Rati? Non enim videtur data à Jure Pontificio; quia cum vinculum Matrimonii Rati sit indissolubile de Jure Divino, & naturali, ut probatum est supra Decif. X. à num. 16. Papa non dispensat contra Jus Divinum naturale. cap. Sunt qui dam. 25. q. 1. Fagnanus in cap. Henricus. num. 29. De Cleric. pugnans. in d. d. l. tom. 6. nam Inferior in Lege Superioris non dispensat. Clem. Ne Romani. 4. De Elect. cap. Inferior. dist. 21. Julius de Dispensationib. Matrim. lib. 2. cap. 4. numer. 8. & 9. ubi DD. cumulat. Non à Lege naturali, neque jure proprio ipsius Professionis Religiose; quia si naturaliter solveret vinculum Matrimonii Rati, solveret etiam vincula æris alieni, aut servitutis, quod

non est verum. cap. Si quis incognitus. 17. q. 2. Sixtus V. in Constit. 71. Cum de omnibus, præterquam quod repugnat legi naturæ, ut res uni data, ab eo auferatur absque ejus consensu, & alteri detur; & sic quod corpus conjugis profertis alteri à conjugum, in cujus dominium fuerat positum, per Matrimonium in initum per Verba de presenti, prout etiam, quia si hæc vis, & facultas infra esset Professio Religiose ex sui natura, solveret etiam vinculum Matrimonii consummati, præcipue quando alter conjugum proheretur vel de consensu alterius, vel in pœnam adulterii illius; quod aperte est falsum, ut notorium est, quia semper durat vinculum Matrimonii, & alter conjux non potest alii nubere. Nec videtur data hæc facultas Professioni Religiose à Jure Divino, quia, ut ait Sanchez de Matrim. lib. 2. dist. 19. num. 2. tale jus in Sacra Scriptura non reperitur notatum: & Divus Paulus, qui 1. Cor. 7. multa de solutione Matrimonii egit per conversionem conjugis ad fidem, nihil dixit de Professione Religiose; quare reiteratur instantia, à quo Jure procedat hæc vis, & facultas, ut per Religiosam Professionem solvatur vinculum Matrimonii Rati?

Respondetur, tres esse Sententias Theologorum, ac Canonistarum in satisfaciendo huic instantiæ. Una est, quod hæc facultas data sit Professioni Religiose à Jure Pontificio in obsequium Divinæ servitutis, cui se mancipat conjux eligendo statum Religionis, antequam consummet Matrimonium. 2. Ita tenere Gloss. in cap. Unic. de Voto in 6. Hostien. & Joan. Andr. in cap. Ex publico. De Conuers. Coniugat. Ancharan. in cap. Canonum, numer. 28. de Constit. Felinus in Constit. 26. Henricus de Gandavo in Quolibet. 5. qu. 35. Medina lib. 5. de Sacror. Rom. cortin. cap. 86. Lessius de Justit. & Jure lib. 2. cap. 41. numer. 69. Layman lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 6. à num. 3. & alii allegati per Collegium Salmaticen. de Matrim. tract. 9. cap. 4. num. 74. Ad rationem adductam in contrarium dicunt, eam non habere locum in Matrimonio Rato; quia insolubilitas Vinculi maritalis indita de Jure Divino huic contractui inerat tantummodo in Matrimonio consummato; per quod conjuges, expleta copula carnali, facti sunt una caro; & de his intelligenda sunt Verba Christi, Matth. 19. 6. Quod Deus conjunxit, homo non separet; quippe non sunt duo, sed una caro.

Secunda sententia tenet, hanc vim, & facultatem tributam esse Religiose Professioni à Jure naturali, ac illam habere ex natura sua; siquidem Juri naturali congruum, & conveniens est, ut quis possit transire de statu imperfectiori ad statum magis perfectum; quando sic faciendi nulli infert injuriam. Hoc autem fit in Professione Religiose, quæ 2. est status magis perfectus, ad quem facit transitum conjux ante consummationem Matrimonii, discendens à Matrimonio Rato, quod efficit statum imperfectiorem juxta Apostoli verba. 1. Cor. 7. 32. Qui sine Uxore est, sollicitus est, que Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum Uxore est, sollicitus est, que sunt mundi, quomodo placeat Uxori, & Divus Jure itaque à Jure naturali permissum est, ut homo possit transire de imperfectiori statu, nempe de Matrimonio Rato, ad statum magis perfectum, qualis est Professio Religiose; & per hunc transitum scindatur vinculum Matrimoniale: hoc enim modo nulla sit injuria conjugi in fœdulo remanenti, quia sive sit Vir, sive Mulier nihil amittit, & habet omnia sua jura integra vel ad incundas nuptias cum alio; vel se Deo consecranda. Ita sentire videtur S. Thomas in 4. Sent. dist. 27. qu. 1. art. 3. questio. 2. in corp. & in ead. dist. 27. Richardus, Durandus, Paludanus, & alii Theologi, quos citat Sanchez de Matrim. dist. lib. 2. dist. 19. sub num. 1. nec non Eminent. Gardin. Bellarminus lib. 2.

lib. 2. de Monachis cap. 38. & ex Canonistis Eminentissim. Gardin. de Turrescremata in cap. Sunt, qui dicunt. 27. qu. 2. Lancellotus in Institut. Canon. lib. 2. tit. de Sponsalibus. S. Sponsalia, & Covarvias in 4. Decret. 2. part. cap. 7. §. 4. numer. 7. Neque eos terrent rationes in contrarium adductæ. Non illa de solutione æris alieni, quam Professio Religiose facere non potest; quia, ut diximus, eam facere non vult, ne injuriam inferat creditoribus. Nec illa, de ablatione corporis in dominium conjugis transacti, per traditionem Religionis; quia corpus non transit in plenum dominium conjugis, & in ejus irrevocabilem possessionem, nisi per copulam carnalem, ante cursum adimplementum, dominium remanet revocabile absque injuria alterius conjugis; siquidem in contrahendo Matrimonio, & in tradendo corporis dominio alteri conjugi, tacita inest conditio, nisi faciam Religiosam Professionem ante consummationem Matrimonii; toto enim illo intermedio tempore quilibet conjux retinet sibi possessionem sui corporis, & vinculum Matrimonii rati non est prorsus insolubile. Et sic cessat & alia ratio, quod per Professionem Religiosam non solvitur Matrimonium consummatum neque per consensum, neque per delictum alterius conjugis; nam in utroque casu, per copulam carnalem habitam inter conjuges, tradita vult possessio reciproca corporum; & vinculum Matrimonii jam consummatum factum sit insolubile; ut differunt Auctores hujus Sententiæ; & Fagnanus in cap. Verum De Conu. Coniugat. ubi num. 5. subdit, quod quamvis coitus nihil addat quoad substantiam Matrimonii. cap. Sufficit. 27. quest. 2. l. Nuptiar. ff. de Regul. Juris, addit tamen quo ad quædam alia, videlicet quo ad bigamiam, quoad significationem, quoad ingressum Religionis, & quoad solutionem Vinculi Matrimonialis, que duo ultima non afficiunt Matrimonium tantummodo ratum.

Tertia sententia est Scotistarum, qui sequentes opinionem Magistri sui subtilissimi tenent, Professioni Religiose concessam esse potestatem solvendi vinculum Matrimonii rati à Christo Domino; id eoque de Jure Divino, hanc facultatem illi competere. Verba Scoti in 4. Sent. dist. 32. sub C. sunt hæc: Christus autem, qui indissolubilitatem induxit Matth. 19. reprobans pro lege sua repudium Mosaycum, ipse relaxavit indissolubilitatem, quando alter conjugum converteretur ad Religionem: unde Ecclesia nunquam attentasset post Matrimonia rata, non consummata, licentiarum alterum ad Religionem, altero manente in sæculo, nisi Christus hoc instituisset.

Hanc Scoti opinionem, & doctrinam sequuti sunt ex antiquis Theologis, & Canonistis, Sotus uterque, ac uterque Ledesma, Victoria, Corduba, Veracruz, Antonius Cuchus, Gutierrez, & alii, quos citat Sanchez hanc eandem opinionem amplectens de Matrim. lib. 2. dist. 19. num. 3. ubi eam probabiliorē vocat. Ex Scotitis autem doctissimi Magistrus in 4. Sent. dist. 7. de Sacramento Matrimoni. num. 190. ita inquit: Secundum dicendum est, Matrimonium Christianorum ratum, & nondum consummatum, jure Divino derivato à Christo Domino in favorem Professionis Religiose, posse dissolvi quo ad vinculum per ingressum alterius conjugis in Religionem. Ita communitur DD. quos allegant, & sequuntur Sanchez, & Tancredus lib. 2. dist. 19. Meraque disputat. 8. sed. 3. Caspensis dist. 7. sed. 2. & alii passim; & Scotus noster ex professo in 4. dist. 31. qu. Unic. litt. C. Huc usque Magistrus. Sed ante eum hanc eandem opinionem professus fuerat Eminent. Card. de Laurea d. d. tract. de Matrim. dist. 16. art. 14. num. 322. & seq. ita illum probans: Divino Jure Matrimonium est insolubile. Ergo si in aliquo casu est solubile, id nequit esse, nisi ex Divina dispensatione. Consequens est evidens naturali lumine, quia inferior non potest dispensare, vel licite destrue-

re Legem Superioris. cap. Omnis. De Reg. Jur. in 6. & Clem. De Romani. De Elect. Idem enim essentialiter sunt Matrimonium ratum, & consummatum in ratione contractus; & differunt per usum, & non usum; & differunt, que eis inest per significationem, & non significationem, est accidentalitas. Hæc prædictus Eminentissimus Auctor, qui sub n. 325. hanc aliam adducit probationem, dicens; Nullus enim præter Deum potest abrogare hoc jus, ne Professo solvat Matrimonium ratum; & hoc argumentum me convincit; itaque post Tridentinum sit argumentum insolubile; nam de fide est, Ratum solvi per Professionem. Ergo hæc solubilitas est imposita ab eo qui facere potuit eam sempiternè veram; alioquin si 25 ab alio esset imposita, non potuisset declarari de fide, quia Fidei objecta non possunt mutari, ut quod nunc est de fide, post aliquid tempus non sit tale; sic autem eveniret, si alius præter Deum imposuisset solubilitatem rato per Professionem, quia fuisset creatura, que potest mutare consilium, & eam tollere, & tunc non esset objectum sempiternè verum. Reflecat Studiosus Lector ad hoc argumentum, quod est fortissimum; quia si solo Jure humano Professio Religiose haberet facultatem solvendi vinculum Matrimonii rati; posset perdere eandem facultatem, si aliquis Pontifex declararet, eam de cætero non solvere prædictum vinculum Matrimoniale. Hoc autem nullus Pontifex facere potest, quia in Tridentino declaratum est de Fide, quod Professio illud solvit; & sic quod in perpetuum solvet. Tandem hanc tertiam opinionem, quod à Christo Domino concessam sit hoc Privilegium Professioni Religiose dirimendi Vinculum Matrimonii rati; siquæ à Jure Divino 26 provenire hanc vinculi solutionem, amplexi, & tutati sunt Rebellius de Oblig. Justit. part. 2. lib. 3. quest. 4. sed. 2. à num. 12. & Bassilius Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 5. num. 4.

Neque amaram reddere debet hanc opinionem objecto notata supra num. 21. quod in Sacra Scriptura non reperitur scriptum hoc Privilegium, seu facultas concessa per Christum Professioni Religiose dirimendi vinculum Matrimonii rati; imò de hac concessione nihil loquutum fuisse Apostolum Paulum, qui tanta scripsit circa solutionem, vel non solutionem vinculi Matrimonialis. Nam repertum est, quod Ecclesia Catholica duo habet fundamenta Veritatis, & Auctoritatis sibi à Christo relicta, scilicet Sacram Scripturam, atque Apostolicas Traditiones. cap. Catholica. dist. 11. siquidem non omnia facta, seu dicta à Christo Domino habentur in Evangelio, sed plurima recepta sunt, & notificata per traditionem Apostolorum, qui illa audierunt ab ipso, præcipue post ejus Resurrectionem à mortuis per illos dies quadraginta, in quibus apparuit eis loquebatur de Regno Dei. Act. 1. 3. quo loci ait Tirtinus: Instruens illos de Regno Dei tum celestis, tum terrestri, quia de Ecclesia in terris militante, que est una pars, & inchoatio Ecclesie Triumphantis. Et paulo infra: Tanto autem tempore voluit cum suis morari. Prind ob Resurrectioni silem certiorum: Secundo ob vere humanitatis probationem evidentiorum. Tertio ob Apostolorum informationem pleniorum. Tunc enim docuit illos Christus quomodo Ecclesiam formarent, regerent, perseverent. Docuit ordines omnes, gradus, & status varios tam Ecclesiasticos, quam laicos. Docuit materias, formas, ritusque singulorum Sacramentorum, & Ordinum, aliasque traditiones, quas ab Apostolis acceptas Ecclesia tanquam certissima, nobilissimamque thesaurum omni studio hucusque conservavit. Regitur itaque Ecclesia tum Scriptura Sacra, tum Apostolicis Traditionibus, quas commendavit Divus Apostolus 2. Thessal. 2. 14. dicens: Tenete Traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam. Et cum ab initio Ecclesie servatum sit, ut Matrimonium ratum solvetur

lib. 2. de Monachis cap. 38. & ex Canonistis Eminentissim. Gardin. de Turrescremata in cap. Sunt, qui dicunt. 27. qu. 2. Lancellotus in Institut. Canon. lib. 2. tit. de Sponsalibus. S. Sponsalia, & Covarvias in 4. Decret. 2. part. cap. 7. §. 4. numer. 7. Neque eos terrent rationes in contrarium adductæ. Non illa de solutione æris alieni, quam Professio Religiose facere non potest; quia, ut diximus, eam facere non vult, ne injuriam inferat creditoribus. Nec illa, de ablatione corporis in dominium conjugis transacti, per traditionem Religionis; quia corpus non transit in plenum dominium conjugis, & in ejus irrevocabilem possessionem, nisi per copulam carnalem, ante cursum adimplementum, dominium remanet revocabile absque injuria alterius conjugis; siquidem in contrahendo Matrimonio, & in tradendo corporis dominio alteri conjugi, tacita inest conditio, nisi faciam Religiosam Professionem ante consummationem Matrimonii; toto enim illo intermedio tempore quilibet conjux retinet sibi possessionem sui corporis, & vinculum Matrimonii rati non est prorsus insolubile. Et sic cessat & alia ratio, quod per Professionem Religiosam non solvitur Matrimonium consummatum neque per consensum, neque per delictum alterius conjugis; nam in utroque casu, per copulam carnalem habitam inter conjuges, tradita vult possessio reciproca corporum; & vinculum Matrimonii jam consummatum factum sit insolubile; ut differunt Auctores hujus Sententiæ; & Fagnanus in cap. Verum De Conu. Coniugat. ubi num. 5. subdit, quod quamvis coitus nihil addat quoad substantiam Matrimonii. cap. Sufficit. 27. quest. 2. l. Nuptiar. ff. de Regul. Juris, addit tamen quo ad quædam alia, videlicet quo ad bigamiam, quoad significationem, quoad ingressum Religionis, & quoad solutionem Vinculi Matrimonialis, que duo ultima non afficiunt Matrimonium tantummodo ratum.

Tertia sententia est Scotistarum, qui sequentes opinionem Magistri sui subtilissimi tenent, Professioni Religiose concessam esse potestatem solvendi vinculum Matrimonii rati à Christo Domino; id eoque de Jure Divino, hanc facultatem illi competere. Verba Scoti in 4. Sent. dist. 32. sub C. sunt hæc: Christus autem, qui indissolubilitatem induxit Matth. 19. reprobans pro lege sua repudium Mosaycum, ipse relaxavit indissolubilitatem, quando alter conjugum converteretur ad Religionem: unde Ecclesia nunquam attentasset post Matrimonia rata, non consummata, licentiarum alterum ad Religionem, altero manente in sæculo, nisi Christus hoc instituisset.

Hanc Scoti opinionem, & doctrinam sequuti sunt ex antiquis Theologis, & Canonistis, Sotus uterque, ac uterque Ledesma, Victoria, Corduba, Veracruz, Antonius Cuchus, Gutierrez, & alii, quos citat Sanchez hanc eandem opinionem amplectens de Matrim. lib. 2. dist. 19. num. 3. ubi eam probabiliorē vocat. Ex Scotitis autem doctissimi Magistrus in 4. Sent. dist. 7. de Sacramento Matrimoni. num. 190. ita inquit: Secundum dicendum est, Matrimonium Christianorum ratum, & nondum consummatum, jure Divino derivato à Christo Domino in favorem Professionis Religiose, posse dissolvi quo ad vinculum per ingressum alterius conjugis in Religionem. Ita communitur DD. quos allegant, & sequuntur Sanchez, & Tancredus lib. 2. dist. 19. Meraque disputat. 8. sed. 3. Caspensis dist. 7. sed. 2. & alii passim; & Scotus noster ex professo in 4. dist. 31. qu. Unic. litt. C. Huc usque Magistrus. Sed ante eum hanc eandem opinionem professus fuerat Eminent. Card. de Laurea d. d. tract. de Matrim. dist. 16. art. 14. num. 322. & seq. ita illum probans: Divino Jure Matrimonium est insolubile. Ergo si in aliquo casu est solubile, id nequit esse, nisi ex Divina dispensatione. Consequens est evidens naturali lumine, quia inferior non potest dispensare, vel licite destrue-

re Legem Superioris. cap. Omnis. De Reg. Jur. in 6. & Clem. De Romani. De Elect. Idem enim essentialiter sunt Matrimonium ratum, & consummatum in ratione contractus; & differunt per usum, & non usum; & differunt, que eis inest per significationem, & non significationem, est accidentalitas. Hæc prædictus Eminentissimus Auctor, qui sub n. 325. hanc aliam adducit probationem, dicens; Nullus enim præter Deum potest abrogare hoc jus, ne Professo solvat Matrimonium ratum; & hoc argumentum me convincit; itaque post Tridentinum sit argumentum insolubile; nam de fide est, Ratum solvi per Professionem. Ergo hæc solubilitas est imposita ab eo qui facere potuit eam sempiternè veram; alioquin si 25 ab alio esset imposita, non potuisset declarari de fide, quia Fidei objecta non possunt mutari, ut quod nunc est de fide, post aliquid tempus non sit tale; sic autem eveniret, si alius præter Deum imposuisset solubilitatem rato per Professionem, quia fuisset creatura, que potest mutare consilium, & eam tollere, & tunc non esset objectum sempiternè verum. Reflecat Studiosus Lector ad hoc argumentum, quod est fortissimum; quia si solo Jure humano Professio Religiose haberet facultatem solvendi vinculum Matrimonii rati; posset perdere eandem facultatem, si aliquis Pontifex declararet, eam de cætero non solvere prædictum vinculum Matrimoniale. Hoc autem nullus Pontifex facere potest, quia in Tridentino declaratum est de Fide, quod Professio illud solvit; & sic quod in perpetuum solvet. Tandem hanc tertiam opinionem, quod à Christo Domino concessam sit hoc Privilegium Professioni Religiose dirimendi Vinculum Matrimonii rati; siquæ à Jure Divino 26 provenire hanc vinculi solutionem, amplexi, & tutati sunt Rebellius de Oblig. Justit. part. 2. lib. 3. quest. 4. sed. 2. à num. 12. & Bassilius Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 5. num. 4.

Neque amaram reddere debet hanc opinionem objecto notata supra num. 21. quod in Sacra Scriptura non reperitur scriptum hoc Privilegium, seu facultas concessa per Christum Professioni Religiose dirimendi vinculum Matrimonii rati; imò de hac concessione nihil loquutum fuisse Apostolum Paulum, qui tanta scripsit circa solutionem, vel non solutionem vinculi Matrimonialis. Nam repertum est, quod Ecclesia Catholica duo habet fundamenta Veritatis, & Auctoritatis sibi à Christo relicta, scilicet Sacram Scripturam, atque Apostolicas Traditiones. cap. Catholica. dist. 11. siquidem non omnia facta, seu dicta à Christo Domino habentur in Evangelio, sed plurima recepta sunt, & notificata per traditionem Apostolorum, qui illa audierunt ab ipso, præcipue post ejus Resurrectionem à mortuis per illos dies quadraginta, in quibus apparuit eis loquebatur de Regno Dei. Act. 1. 3. quo loci ait Tirtinus: Instruens illos de Regno Dei tum celestis, tum terrestri, quia de Ecclesia in terris militante, que est una pars, & inchoatio Ecclesie Triumphantis. Et paulo infra: Tanto autem tempore voluit cum suis morari. Prind ob Resurrectioni silem certiorum: Secundo ob vere humanitatis probationem evidentiorum. Tertio ob Apostolorum informationem pleniorum. Tunc enim docuit illos Christus quomodo Ecclesiam formarent, regerent, perseverent. Docuit ordines omnes, gradus, & status varios tam Ecclesiasticos, quam laicos. Docuit materias, formas, ritusque singulorum Sacramentorum, & Ordinum, aliasque traditiones, quas ab Apostolis acceptas Ecclesia tanquam certissima, nobilissimamque thesaurum omni studio hucusque conservavit. Regitur itaque Ecclesia tum Scriptura Sacra, tum Apostolicis Traditionibus, quas commendavit Divus Apostolus 2. Thessal. 2. 14. dicens: Tenete Traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam. Et cum ab initio Ecclesie servatum sit, ut Matrimonium ratum solvetur

retur quoad vinculum per Professionem Religioſam unius ex conjugibus, ex auctoritate Chriſti Domini, & ex Jure Divino; quia hoc non reperitur ſcriptum in Evangelio, ſequitur notificatum fuiſſe ab Apoſtoliſ, qui illud didicerunt ab eodem Chriſto; & ab eis traditum eſt verbo ſucceſſoribus, à quibus Ecclēſia Romana recepit cuſtodivit. *cap. Quis neſcit. diſt. 11.* Idcirco eſt de fide tenendum, quod Ecclēſia Romana tenet, & per Apoſtolicam Traditionem didicit; ipſa enim non poteſt errare, imò omnes errores deſtruit. *cap. Si Petrus. 24. qu. 1.* & retinet veram doctrinam circa omnia Sacramenta. *cap. Ad abolendum. De Heretic. Concilium Trident. ſeſſ. 7. de Sacram. Baptiſ. can. 3.* Hæc de tertia opinione, quæ magis probabiliter docet, prædictam facultatem ſolvendi Matrimonia rata per Religioſam Professionem provenire ex Jure Divino, & ex Privilegio relicto Ecclēſiæ ſuæ ab ipſomet Chriſto.

Quarta tamen opinio prædictis mihi videtur addenda, quam probabiliffimam vocare nemo renuet, atque veriffimam; & quam, eſti per abbreviata verba, inſinuat Averſa de *Matrim. queſt. 2. ſeſſ. 6. Verſ. Hi dicendū modi*; videlicet, Profefſioni Religioſæ competere facultatem dirimendi vinculum Matrimonii rati ex omnibus tribus juriſſis ſupra recensitis, Divino, Naturali, & Pontificio ſimul ſumptis, & conjunctim acceptis, non autem ſeparatis, aut eorum aliquo tantum; quatenus Chriſtus Dominus, ob naturalem excellentiam Religioſæ Profefſionis, conceſſerit Pontifici Romano Vicario ſuo in terris, ut non obſtante inſolubilitate ex Lege Divina Matrimonii, ubi hoc fit tantummodo Ratum, & non ſolum consummatum, declarare poſſit, tum ob Profefſionem Religioſam; tum ob quantumque aliam juſtam cauſam, bonum regimen, ac pacificum gubernium Ecclēſiæ concernentem, quod Vinculum Matrimonii Rati ſit ſolubile; & ex diſpenſatione Pontificia ſolvatur. Pro hujus opinionis fundamento notandum eſt id, quod concedunt Theologi ſimul, & Canoniſtæ; nempe Papam non poſſe diſpenſare in Lege Divina, quia erga ipſam habetur tanquam perſona privata. S. Thomas 1. 2. *31. qu. 97. art. 4. ad 3. cap. Sunt quidam. 25. q. 1. Fagnanus in cap. Dudum. num. 23. de Elect. Sed utique poſſe declarare, & interpretari in aliquibus caſibus Legem Divinam non obligare, & ſic declarandum diſpenſare, & diſpenſando interpretari ipſam Legem Divinam ex ſpeciali facultate ſibi à Chriſto Domino tanquam Vicario ſuo in terris data pro bono regimine Ecclēſiæ. Gloſſa in d. cap. Sunt quidam. & in cap. In omni in cap. Licet, de Teſtibus. Richardus in 4. ſent. diſt. 38. q. 9. art. 1. & Cardinalis in cap. Cum ad Monachorum. S. Abbas, num. 16. De ſtatu Monachorum. Exemplum hujus Pontificiæ poteſtatis interpretandi, ac declarandi, quod Lex Divina in aliquo caſu non obliget, ſummi poſteſt, quando Papa diſpenſat ſuper reſidentia Episcoporum, ſeu Parochorum, ob aliquam publicam cauſam; eſti reſidentia eorumdem ſit de Jure Divino.*

*32. cap. Pervenit. cum ſeq. 7. q. 1. cap. Cum ex eo. De Elect. in 6. Concil. Trident. ſeſſ. 6. de Reſ. cap. 1. Fagnanus in cap. Ex parte numer. 20. De Cleric. non reſid. ubi innumeros DD. numerat, illam de Jure Divino eſſe ſcribentes. Idcirco eum aliquando diſpenſat circa reſidentiam Papa non relaxat Legem Divinam; ſed declarat, eam in illo caſu non obligare, ut docent ex Theologiſ Card. Cajetan. in 2. 2. qu. 185. art. 5. Sotus de Juſt. in Jure lib. 10. qu. 3. art. 2. & ex Canoniſtis Covarruvias Var. Reſ. lib. 3. cap. 13. numer. 9. atque idem Fagnanus in cap. Dudum. num. 24. De Elect.*

Aliud exemplum aſſerri poteſt de diſpenſatione, quam ipſe Papa concedere valet, & pluries conceſſit ſuper ſolemnī Voto paupertatis, & continentiæ; ut iſſdem non obſtantibus, ob aliquam maximam

cauſam, Monachus poſſit egredi de Monafterio, habere proprium, & Uxorem ducere; ut concedunt communiter Theologi, ac Canoniſtæ, quos longa ſerie allegat Fagnanus in cap. Cum ad Monachorum. n. 65. in 66. De ſtatu Monachorum. inter quos S. Thomas in 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 2. ad 3. Durandus, & S. Antonius, Major, Gregorius de Valentia, Navarrus in Manuali cap. 12. num. 77. Covarruvias in cap. 2. num. 26. in 21. de Teſtam. & alii pluriſſimi; & nihilominus Vota, præcipue ſolemnia, ſunt indiſpenſabilia, cum ſint de Jure naturali, & Divino, juxta illud *Pſal. 75. Vovete, & reddite Deo veſtro*; & illud *Levit. ult. 28. Omne quod Domino conſecratur, ſed homo fuerit, ſed animal, ſed ager, non veniet, nec redam poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino.*

In eis tamen, ut dictum eſt, Papa tanquam Vicarius Chriſti, & ſpeciali auctoritate ſibi ab eo relicta, diſpenſat in iſtis votis, ubi magna, ac juſta cauſa concurret, non relaxando Legem de votis adimplendis; ſed eandem Legem interpretando, atque declarando, quod in illo caſu ſit diſpenſabilis, & non obligatoria; ut plene ſcribit Jo. Andreas in cap. Semel Deo. numer. 1. Verſ. ſed ad hoc reſpondetur. De Reg. Jur. in 6. & poſt illum Fagnanus in cit. cap. Cum ad Monachorum. numer. 74. De ſtatu Monachorum. in cap. Dilecti. De Renunciati. numer. 22. ibi: Adde, quod in iſtis votis Papa non diſpenſat ſed declarat, ut dicit Gloſſa notabilis in cap. Non eſt voti. in Verb. Auctoritate Seſis. De Voto.

Ex his exemplis, & communi doctrina Theologorum, & Canonitarum; quod Papa poſſit ex ſpeciali facultate ſibi à Chriſto Domino relicta, pro bono regimine Ecclēſiæ, interpretari Legem Divinam, & eam pro aliquo ſpeciali caſu ex urgenti cauſa, obligatoriam non eſſe declarare; bene interſtat ad intelligentiam ſupradictæ quartæ opinionis docentis, ſolubilitatem Vinculi maritalis in Matrimonio rato procedere ex triplici Jure Divino, Naturali, ac Pontificio; quia hæc tria Jura concurrunt ad illud ſolvendum; ſcilicet Jure Divino, quod à Chriſto Domino factum eſt diſpenſabile per viam interpretationis, ſeu declarationis ob aliquam urgentem cauſam à ſuo Vicario cognoscendam; Jus naturale, quod dicitur, eſſe licitum tranſire de ſtatu minus perfecto ad magis perfectum; vel ad obviandum alicui magno ſcandalo, vel præjudicio populi fidelis per mutationem unius in alterum Statum; & Jus Pontificium, quod prædictis aliis duobus Juribus fretum, & ab eis poteſtatem aſſequitur, concurrat ad eandem interpretationem, ac declarationem faciendam. Quapropter, quando quaeritur, quo Jure Profefſio Regularis ſolvat Vinculum Matrimonii rati, non consummati? Reſponſio eſt debet, ſolvere trium Jurium conſenſu, ac vigore: Pontificio; quia ſic ab initio Ecclēſiæ per omnia ſubſequentia ſæcula interpretatum eſt, ac declaratum ſunt à Summis Pontificibus, Divi Petri Apoſtolorum Principiſ Suſceſſoribus: Jure Naturali, rationem dictante ſic interpretandi; & declarandi ob tranſiitum conjugis ad ſtatum perfectiorem abſque injuria alterius conjugis remanentis in ſæculo, qui in nihilo operatur, cum liber, & illibatus remaneat, poſſitque alias nuptias intrare: & Jure Divino, ſcilicet ex poteſtate per Chriſtum tradita Vicario ſuo, diſpenſandi per viam interpretationis, & declarationis ob aliquam urgentem cauſam ſuper Lege Divina; & in ſpecie circa inſolubilitatem Vinculi Matrimonii Rati, tum in caſu Religioſæ Profefſionis; tum ſi quæ alia urgens cauſa ad illud diſſolvendum concurrat, ut offendemus infra in Decif. XV. Hæc omnia deducuntur ex verbis Averſæ, eſti compendiſis, ac (ut dixi) nimis abbreviatis, in cit. q. 2. ſeſſ. 6. de Matrim. Verſ. Hi dicendū modi. Et ex conſideratione, quam facit Baſilius Pontius lib. 9. de Matrim.

*trim. cap. 5. num. 9. ſuper illis verbis Alex. III. in c. Ex publico. De Converſ. Conjug. videlicet: Sane, quod Dominus in Evangelio dicit, non licet viro Uxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis dimittere, intelligendum eſt, ſecundum interpretationem Sacri Eloquentiſ, de quorum Matrimonio eſt carnali copula conſummatum; ubi ſubdit ipſe Pontius: Non ad aliud caput revocat Pontifex diſſolutionem Matrimonii rati per ſubſequentem ſtatum Religionis, niſi ad Sacri Eloquentiſ interpretationem. Hunc eundem ſenſum conferunt ſcripta per Monetam de Com. ult. Volunt. cap. 6. num. 103. Hæc omnia de prima probatione, deducta ex auctoritate Canonum, quod Profefſio Religioſa ſolvat vinculum Matrimonii Rati, & quo Jure ſolvat?*

Secunda probatio hujus ſolutionis deducitur à Ratione: ſiquidem eundem effectum debet operari mors ſpiritualis in Matrimonio ratum, quem operatur mors naturalis in Matrimonio conſummatum. Sed Profefſio Religioſa eſt mors civilis, ſeu ſpiritualis, quia conjux, qui convertitur ad Religionem, moritur ſæculo, ut vivat Deo, ſecundum illud D. Pauli Apoſtoli ad Colofſenſ. 3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto.* Ergo ſicut mors naturalis ſolvit vinculum carnale Matrimonii conſummati, eodem Apoſtolo dicente 1. Cor. 7. 39. *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir ejus vivit: quod ſi dormierit vir ejus, liberata eſt, cui vult nubat tantum in Domino;* ita mors civilis, ac ſpiritualis, quæ eſt Profefſio, debet ſolvere vinculum ſpirituale Matrimonii rati. Ita S. Thomas in 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. *queſt. 61. art. 2. Dominic. Sotus, Paludan. & Durand. in diſt. 28. queſt. 2. in queſt. 3. Emin. Card. Bellarmine lib. 2. de Matrim. c. 38. Emin. Card. de Turrecremata in c. Sunt qui dicant. 27. qu. 2. art. 2. num. 3. & alii, quos cumulat Collegium Salmanticenſe d. trad. 9. de Matrim. cap. 4. numer. 78. in 79.* Et ex hac Ratione deducunt Theologi, atque Canoniſtæ illationes quinque ſequentes.

Prima illatio eſt, neceſſarium fore ad hoc ut Profefſio Religioſa dirimat Matrimonium ratum, quod ea emittitur in Religione approbata, ſive clauſtrali, ſive Militari, de omnibus tribus votis Paupertatis, Caſtittatis, & Obſervantiæ indefinitis, ideſt non aliquo modo ex conſtitutionibus Religionis limitatis. Hinc Militum S. Joannis Jerofolymitani, vulgò Melitenſium Profefſio dirimat Matrimonium ratum, non etiam illa Militum S. Stephani, Calatravæ, Alcantaræ, D. Jacobi, & ſimilium; quia in eis non emittitur votum caſtittatis abſolute; ſed conjugalit tantum. Sanchez de Matrim. lib. 2. diſt. 18. & ibi Navarrus, & Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 8. num. 6. Vega lib. 6. in Summa cap. 17. Emin. Cardin. de Lauræa d. diſt. 16. num. 292. Baſilius Pontius lib. 9. cap. 7. Averſa d. queſt. 2. ſeſſ. 6. & Salmanticenſes d. cap. 4. n. 85. & multo minus poſſet diſſolvere Matrimonium ratum Profefſio Tertiariorum, ac Tertiariarum, aliàs Beguinarum, ſeu Beguinarum; non in clauſura, ſed domi cum habitu S. Dominici, aut S. Franciſci, vivensium, ut notat Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa ubi ſupra numer. 300. in ſeq. ea ratione, quia eorum vota ſunt ſimplicia, Ex Conſtit. 22. Leonis X. & ex Conſtit. 2. Nicolai IV. Salmanticenſes d. cap. 4. num. 87. qui ſubdunt, quod ſi prædicti Tertiarii, ſeu Tertiariæ vivunt intra clauſtra, & in clauſura, per eorum Vota ſolvitur Matrimonium ratum, nam reputantur Vota ſolemnia, ex declaratione Pauli III. & Sixti V. quam reſert Baſilius Pontius d. lib. 9. cap. 8. num. 2. Vota quoque Donatorum in Religione Carmelitarum, Coadjutorum in Societate Jeſu, & illa, quæ emittunt Patres poſt biennium, non ſolvunt Matrimonium ratum, quia ſunt ſimplicia; neque dicuntur perpetua reſpectu Religionis, à qua

profefſi poſſunt dimitti. Salmanticen. d. cap. 4. numer. 86.

Secunda illatio eſt; quod ſolutio iſta Matrimonii rati non fit per ingreſſum alterius conjugis in Religionem; ſed per ſolemnem Profefſionem in illa; ideo, eſti conjux ad deliberandum circa ingreſſum prædictum de Jure communi habeat biſtre, intra quod non eſt obligatus reddere debitum. *cap. Ex publico. 7. De Converſ. Conjug. pro habenda tamen Vinculi maritalis ſolutione expectandus eſt ab alio conjuge integer annus Novitiatus, poſt quem ex Concilio Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 15. Profefſio tantummodo emitti poteſt, ſi profefſurus compleverit ætatis ſuæ decimum ſextum annum: undè contingere poteſt, ut alter conjux expectet quatuor annos, ſi nuperit puellæ duodenni, quæ poſtea dicat, velle ſtatum Religioſum aſſumere; imò etiam ſex annos, ſi conjux vellet profiteri in aliqua Religione, quæ non recipit ad Vota niſi poſt annos decem, & octo, ut de Religione Minimorum S. Franciſci de Paula notat Peyrinus tom. 1. de Subditio. Queſt. 1. cap. 26. ſ. 3. & tradunt Sanchez d. lib. 2. diſt. 24. & Salmanticenſes d. cap. 4. numer. 89. Quod ſi intra biſtre conjux non ingreſſus fit Religionem, eſti obligandus à Judice reddere debitum voto conjugi, quia tunc habet Jus illud petendi; eſti tamen verum quod ſi non fuerit conſummatum Matrimonium per quemcumque temporis curſum, poteſt conjux Religionem ingredi, & in ea proficendo Matrimonium ratum ſolvere. Sanchez d. diſt. 24. num. 27. Baſilius Pontius d. lib. 9. cap. 9. numer. 9. & Salmanticenſes d. cap. 4. numer. 90. qui numer. 91. ſubdunt, quod licet conjux non habeat deliberatam voluntatem ingrediendi, poteſt per biſtre abſtinere à debito conjugali reddendo, abſque peccato; ſi autem contraxiſſet cum deliberata intentione non reddendi debitum, ſed ingrediendi Religionem; peccatiſſet quidem, ſi abſque legitima cauſa cum tali animo nupſiſſet; ſecus ſi ex aliqua urgenti cauſa; puta ſi contraxiſſet ſponſalia cum Juramento, vel Sponſam ante Matrimonium deſoraiſſet; poſſet enim ad adimplementum Juramenti, vel reſtitutionem honoris, contrahere animo ingrediendi Religionem, & deinde Religionem profiteri, ac Matrimonium ratum diſſolvere. *cap. Commiſſum. 16. de Sponſalibus. & tradit Baſilius Pontius lib. 6. cap. 12. per totum nec non Ledema 3. part. queſt. 53. art. 1. ſub. 1. concl. 2.**

Tertia illatio eſt, quod quamvis Profefſio expreſſa, ac tacita quo ad ſui validitatem comparetur; neque hæc cenſetur abolita per Concilium Tridentinum, adeo, completo anno Novitiatus, & ætatis annorum ſexdecim curſu, etiam nunc valide quis poſſit tacitam Profefſionem emittere in Religione, ut dictum eſt ſupra num. 9. Nihilominus tacita Profefſio non habet vim ſolvendi vinculum Matrimonii Rati; ſed requiritur, ut ſit expreſſa, ac ſolemniter facta; ut pluribus rationibus probant Trullenſis de Matrim. lib. 7. cap. 4. dub. 2. num. 4. Zerola in Praxi Episcop. Verb. Profefſio. part. 1. in 2. atque Salmanticenſes d. trad. 9. cap. 4. numer. 87. ad quos recurrit Studioſus in actu pratico, quia ego credo hunc caſum metaphyſicum; nam ſi conjux ingreſſus Religionem poſt Matrimonium ratum verum cepit ab ejus vinculo liberari, ſolicitus erit expreſſam, ac ſolemnem Profefſionem facere; quod ſi tardaret, vel tergiverſaretur, alter conjux, qui eſti in ſæculo, illum cogeret opportunis Juris remediſ, vel expreſſe profiteri, vel ad ſe reverti, & Matrimonium conſummare, ut tradunt DD. citati à Salmanticenſibus d. cap. 4. numer. 89. in fin.

Quarta illatio eſt, quod per votum continentie in Ordine Sacro non dirimitur Matrimonium ratum, quia ipſa Ordinatio non eſt mors civilis. *Ex 43. travag. Antiquæ. de Voto. Salmanticenſes diſt. cap. 4. num. 80. in 81.*

Quinta illatio est, quod si quis fiat Jesuita, non solvit vinculum Matrimonii Rati, ut declaravit S. Congregatio Concilii die 26. Aprilis 1621. apud Barbofam in Summa Apostoli. Decifion. Verb. Matrimonium. num. 30. Resat tertia probatio ab Exemplis piorum hominum, ac Mulierum, qui solverunt Matrimonium ratum per Religiosam Professionem: sed ne nimis prolata fit præfens Decifio, de eis agemus in sequenti.

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

Referuntur Exempla XIV. Virorum, ac desponsatarum Virginum, à quibus per Regularem Professionem soluta fuerunt eorum Matrimonia Rata. Inter hæc illud S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ, quem fuisse Sponsum in Nuptiis Canæ Galilææ plenè comprobatur. Uterius illud S. Theclæ, S. Cæciliæ, S. Euphrasie, S. Alexii Confessoris, Theonæ Abbatis, ac aliorum. Circa prædicta Exempla plures recensentur eruditiones, atque doctrinæ, præcipuè circa triplicem significationem nominis Religiosis. Ostenditur, SS. Apostolos fuisse verè Religiosos profectos. Sanctimonialia olim solitas fuisse degere tam in cœnobiis, quam in domo paternæ. Exstitisse aliquos Religiosos gyrovagos; & alia jucunda, utilia, ac scitu digna.

SUMMARIUM.

- 1 Exempla Matrimonii Rati per Professionem Regularem soluti.
- 2 S. Joan. Evangelista an fuerit Sponsus Nuptiarum in Cana Galilææ? Quod sic; Rationes, & auctoritates num. 3. Quod non; Rationes, & Auctores. num. 6.
- 4 S. Gertrudis revelatio, quod S. Joannes fuerit Sponsus prædictus?
- 5 S. Gertrudis quo anno obierit?
- 7 S. Simonem Cananeum fuisse Sponsum in Nuptiis Canæ Galilææ.
- 8 S. Joannem Evangelistam fuisse prædictum Sponsum, firmatur.
- 9 Religiosis Vocabulum tria significat, & qua?
- 10 Religio Baptismi, Clericatus, & Professionis Regularis est à Christo.
- 11 Apostoli tria Vota emiserunt in manibus Christi, & fuerunt veri Regulares profecti.
- 12 S. Joannes Apostolus professus est Vitam Regularem.
- 13 S. Joannis Apostoli Sponsa quemnam fuerit?
- 14 S. Theclæ sponsus reliquit, & se Christo consecravit.
- 15 S. Theclæ Protomartyr inter feminas fuit.
- 16 S. Theclæ Matrimonium quomodo solutum fuerit?
- 17 S. Cæcilia, est desponsata Valeriano, se consecravit Christo.
- 18 Virgines Deo consecratæ olim alia habitabant in Monasteriis, alie in domo paternæ.
- 19 S. Gregorii Pape Amite tres Sanctimonialia.
- 20 S. Euphrasia Virgo, relicto sponso, fit Monialis.
- 21 Ejus Epistola ad Theodosium Imperatorem.
- 22 S. Alexius, ac Theonæ Abbas Uxorem intactam deseruit.
- 23 Religiosi gyrovagi quinam essent?
- 24 Sanctorum quadam facta miranda, non imitanda.
- 25 S. Apollonia se ipsam iniecit in ignem.
- 26 S. Virgo Alexandrina, que sibi caput à Milite abscindere fecit.
- 27 Milites duo Matrimonia sua rata dissolverent.

- 28 Gregoria Virgo Romana, sponso relicto, fit Monialis.
- 29 S. Petrus Eremita sponsam reliquit intactam.
- 30 Bertæ Abbatisse conjugii exemplum: Ac
- 31 S. Sylvestri Episcopi Vifonti.
- 32 S. Aldegundes, fugienti à sponso, ambulat super aquas, & fit Sanctimonialis.
- 33 Joseph Caracciolius fit Clericus Regularis, dimissa Sponsa.
- 34 D. Gafson Dux Metine Cæli solvit Matrimonium suum ratum per Professionem in Religione S. Joannis Melitenfis.

Quod Professio Religiosa dirimat vinculum Matrimonii rati, & non consummati, non solum probatur auctoritate Canonum, & Ratione, prout in superiori Decifione demonstratum est; sed etiam exemplis, ab initio Ecclesiæ per subsequentia sæcula desumptis, de quibus in præfenti est videndum.

Primum autem horum exemplorum est illud S. Joannis Evangelistæ, quem fuisse Sponsum Nuptiarum in Cana Galilææ, & à Christo Domino ad Religiosam vitam vocatum, sponsam intactam reliquit. plurimi asserunt, inter quos Alexander Papa III. in Concilio Lateranensi III. (Anno Domini 1180. celebrati) Appendice part. 50. cap. 30. hæc habet: *Beatum enim Joannem, & complures alios, ab ipsi etiam sponsalibus ad vitam contemplativam levinus evocatos.* Angelicus quoque Doctor, qui florabat Anno Domini 1265. idem videtur dixisse in 3. 2. quest. 186. art. 4. in resp. ad 1. ibi. *Et idem Petrum, quem (Christus) invenit Matrimonio junctum, non separavit ab uxore, & Joannem tamen volentem nubere, à nuptiis revocavit.* Scotus verò, qui Anno 1300. docebat, id expresse asseruit in 4. dist. 31. quest. Unic. sub C. his verbis: *Ecclesia nunquam attentest post Matrimonia rata, non consummata, licentiam alterum ad Religionem, altero manente in seculo, nisi Christus hoc instituit.* Habetur autem hoc ex factis Christi vocantis Joannem Apostolum, & Evangelistam ad Apostolum à nuptiis Jo: 2. cuius exemplum imitati sunt Sancti Patres Alexius, Theonæ, & alii. Quibus assertionibus stantibus disputant Sacra Scripturæ expostores, an S. Joannes Evangelista fuerit ipse Sponsus in Nuptiis Canæ Galilææ, ad quas intervenit Christus Dominus, cum discipulis suis, ejusque Sanctissima Matre, ut legitur Jo. 2. 2. & an verè fuerit ipse S. Evangelista Joannes per Christum à nuptiis illis evulsus, & ad Virginealem vitam vocatus?

Plurimi affirmant ex sequentibus rationibus, atque SS. Patrum auctoritatibus. Primò, quia cum in prædictis nuptiis interfuisset non solum Christum, sed etiam Deipara ejus Sanctissima Mater, conveniens est credere, nuptias illas fuisse aliqui Sponsi consanguinei ejusdem Deiparæ. At S. Joannes Evangelista erat filius Zebedæi, ac Pronepos ejusdem Sanctissimæ Virginis Matris Christi. Ergo ipse fuerat Sponsus. Secundò, quia dixerat Christus: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem, & uxorem &c. non potest meus esse discipulus.* Luc. 14. 26. oportebat igitur, ut hæc doctrinam didicisset, & actu comprobasset aliquis Christi discipulus, eidem sanguine conjunctus. Sed talis erat Evangelista Joannes. Ergo factus sponso, & vocatus à Christo ad virginealem vitam, statim intactam reliquit Uxorem. Tertio, quia id attestatur S. Hieronymus, ac S. Augustinus in Prologis super Evang. Joan. Primus enim ait: *Joannem de Nuptiis, volentem nubere, vocavit Dominus.* Alter verò idem pariter dicit: *Iste est Joannes, quem Dominus de Suvaga Nuptiarum tempore vocavit.* Eorundem autem Prologorum fidem, & quod habuerint Auctores eosdem SS. DD. Hieronymus, & Augustinum com-

comprobat Barradius tom. 2. in Evang. lib. 3. cap. 1. col. 6. Quarto accedit testimonium Venerabilis Bedæ, qui scribebat Anno 730. ipse enim tom. 7. in Homil. Evangel. Dixit Jesus Petro, *sequere me &c.* hæc ponit: *Tradunt Historie, quod Joannem de nuptiis, volentem nubere Dominus vocavit; & propterea quem à carnali voluptate retraxerat, potiori sui amoris dulcedine donavit.* Quinto concordat Rupertus Abbas, lib. 2. Comment. in Joan. Anno 1110. scribens: *Evangelistam Joannem relicto nuptiis Dominum sequi cepisse arbitramur, ipsius enim istas fuisse nuptias opinio forè omnium est.* Tradunt enim Historie, quod eum de nuptiis volentem Uxorem ducere vocaverit Christus. Sextò, præter testimonia Alexandri Papæ III. S. Thomæ Aquinatis, & Scoti supra relata, hæc assertionem confirmat Lyranus, qui Glossas edidit in Sacram Scripturam Anno 1320. ipse enim Jo. 2. 2. ait: *Dicitur communitè quod iste nuptias fuerunt Joannis Evangelistæ, à quibus eum Christus vocavit ante consummationem Matrimonii.* Ex hoc in Ecclesiâ observatur, quod ante carnalem copulam potest licitè aliter conjugium intrare Religionem. Septimò tandem huic opinioni adhærent S. Bonaventura, & Ludolphus in Vita Christi; S. Antoninus in Summa part. 3. art. 1. & part. 1. Hist. tit. 5. Cajetanus in Jo. 1. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. Jo. Major, Ekius, Dionysius Carthusianus, & alii, quos citat Barradius, ipsidem inclinans d. tom. 2. lib. 3. cap. 1. col. 6. & seq. quibus novissimè adtipulatur Tirinus Comment. in Jo. cap. 2. Vers. 2. sic declarans: *Vocatus est Jesus (ad nuptias) quia cognatus, vel affinis: nam ut ex plurimis Auctoribus docui in fine Chronici, non improbabile est, Sponsum in his nuptiis fuisse Joannem Evangelistam cognatum Christi.* Verba autem ejusdem Tirini in d. suo Chronico in fin. hæc sunt: *Addit S. Hieronymus, Augustinus, Beda, Alcuinus, Lyranus, Vincentius, &c. nemo veterum refragatur, imò ipse Joannes ita revelavit S. Gertrudi Joannem fuisse sponsum illum in Nuptiis Canæ Galilææ.* In Vita S. Gertrudis Virginis scripta à Joanne Lanpergio Monacho Carthusiano, & Italico Sermone typis impressa Venetiis Anno 1605. lib. 4. Insinuat. Divine Pietatis cap. 4. pag. mibi 264. sic refertur, locum fuisse S. Joannem Evangelistam eidem Virgini Gertrudi, dum in Extasi secum loqueretur: *Io in tutto il tempo della mia vita ripensando sempre con quanta soave, e famigliare amista l'amantissimo Maestro, e Signore mio Gesù Cristo abbia riguardato in me, anzi rimunerato di quella continenza, per la quale lasciando io la moglie, e le nozze, mi diedi à seguirle le sue pedate, mi sono ingegnato in tutte le mie parole, ed in tutti i miei fatti di guardarmi, che mai in conto alcuno nè a me, nè ad altri dessi occasione, per la quale questa Virtù della Castità tanto gradata dal mio Maestro, si potesse mai macchiare.* Eadem revelatio Latino sermone reperitur conscripta in Libro, cuius titulus INSINUATIONES DIVINÆ PIETATIS, in quo Vita, ac Revelationes S. GERTRUDIS continentur, opera, & studio R. F. Laurentii Clementi Monachi Ordinis S. BENEDICTI, Congregationis Hispanica, Typis impresso Salisburgi Anno 1662. In eo enim cap. 4. pag. 413. ita fertur locutus S. Joannes Evangelista eidem S. Gertrudi Virgini: *Ego per omne tempus vite mee frequentius recolens, quam suavi familiaritatis amicitia amantissimus Magister meus, & Dominus JESUS in me repererit, imò remuneraverit illam continentiam, qua Conjugem relinquens ipsum de Nuptiis sum secutus, postea semper in omnibus verbis, & factis meis hoc studium adhibui, ut diligenter caverem, ne mihi ipsi, vel aliis aliquo modo darem occasionem, unde illa Magistro meo grata Virtus, scilicet Castitas, aliquo modo maculareretur.* Hæc igitur revelatio magnum pondus dat huic opinioni tum ob sanctitatem, tum ob antiquitatem

De Sacram. Matrim.

S. Gertrudis, de qua Eminent. Card. Baronius in Notis ad Martyrolog. Roman. die 17. Martii ait: *Refert Molanus, eam ex hac vita migrasse Anno 664. quod etiam testatur Siebertus in Chronico, & Trithemius de Viris Illustrib. Ord. S. Benedic. lib. 3. cap. 113.* Contrariam tamen opinionem ferè omnes moderni amplectuntur, commincentes S. Joannem Evangelistam non fuisse Sponsum in illis nuptiis, neque ab eis à Christo avulsam. Primò, quia Christus accessit ad illas Nuptias, ut approbaret Matrimonium, & ad dignitatem Sacramenti elevaret. Sed potius illud reprobasset, si Sponsum à Sponsa divisisset. Ergo. Secundò, quia si vocatio, & separatio illa Sponsi à Sponsa vera extitisset, non lub silentio eam Evangelista occultasset; sed prout de Mattheo deserente telonium, ac de aliis discipulis retia, & navim relinquuntibus, mentionem de ea expressam fecisset. Tertio, quia Joannes Evangelista videtur vocatus à Christo Domino post conversionem aqua in vinum in nuptiis Canæ Galilææ; tunc scilicet, quando vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæum, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo Patre eorum, respicientes retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim relicto retibus, & Patre secuti sunt eum. Matth. 4. 21. Quarto, quia ex testimonio S. Augustini habetur, S. Evangelistam Joannem nunquam duxisse Uxorem; ita enim scribit Tert. ult. in Joan. Sunt, qui senserint, & in quidem non contemptibiles Sacri eloquii tractatores, à Christo Joannem Apostolum propterea plus amatum, quod neque Uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Quintò, quia remanet excellentior puritas, & castitas ipsius Evangelistæ Joannis, ob quam fuit à Christo prædilectus, si dicamus, ipsum non solum à Matrimonio abstinuisse, sed ob amorem Virginitatis neque cogitasse de Matrimonio inveniundo, aut de Nuptiis contrahendis. Sextò, quia S. Hieronymus scribens contra Jovinianum, qui præferebat Matrimonium Virginitati, & asserbat, idè primatum Ecclesiæ datum esse Petro Uxorem habenti, non etiam Joanni Virgini; si opinatus esset, S. Joannem fuisse Sponsum in nuptiis Canæ Galilææ, id retulisset contra Jovinianum. Hoc tamen non scribit, sed causam primatum Ecclesiæ in Petro fuisse dixit, maturiore ætate, quæ tenuior erat in Joanne, ut in lib. 1. contra Jovinian. & nihil locutus est de ejus nuptiis. Septimò, quia non videtur adaptabile, quod vocatio Joannis Evangelistæ ad vitam cœlestem, & discessus ejus ab Uxore solvere vinculum Matrimonii rati per ipsum inchoit; cum talis solutio efficiatur per Professionem Religiosam. At illo tempore nulla Regularis vita erat instituta, nullum Monasterium, nullum Cœnobiium, in quo Joannes Apostolus potuerit vitam Regularem profiteri, & solvere Matrimonium ratum. Idcirco ob hæc præcipuum rationem, & alias supra relatas, minus probabile, quod S. Evangelista Joannes fuerit Sponsus in Nuptiis Canæ Galilææ, asserunt Emin. Card. Baronius tom. 1. Annot. ad Annun. Christi 31. Chartagenas tom. 3. de Sacra. Arcan. Maria, & Joseph lib. 10. Homil. 12. Menochius in Soreis part. 4. centur. 2. cap. 52. Maldonatus, Card. Toletus, Cornelius à Lapide Comment. in Joan. cap. 2. Calvus in Proprium. Evangelic. resolut. 10. Novissimè Sarnellius Episcopus Vigiliatum in Lectionibus Scripturalibus. super Evangelio Lect. 18. cap. 38. num. 4. & P. Bartholomæus Ferrus Clericus Regularis Theatinus in suis Decalib. Historicis Decad. III. Discurs. V. Non me piget hic transcribere verba Cornelii à Lapide Comment. in Jo. 2. ex eis enim facile est hujus opinionis rationes evacuare. Ipse ita scribit: *Dico, Sponsum hic non fuisse Sanctum Joannem: nam Sanctus Joannes semper fuit Virgo, undè nunquam Uxorem ausit.* Et paulo infra: *Verissimè ergo, Baronius sœcitus Nicephorum 7*

E 2 libr. 8.